

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XV
C
54
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

CENSVRARVM
ET IRREGVLARITATVM
CATALOGI,

Ex Vſitatioribus Conſtitutionibus & Approbatiſsimis Authoribus deſumpti;

Tùm Prælatis ſecularibus, & regularibus, omnibuſq. Eccleſiaſticis vtriuſq. ſexus, & præſertim Confeſſarijs, & Pœnitentibus,

Tùm laicis omnibus cuiuſcunq. ſtatus, conditionis, & dignitatis, apprimè vtiles, & perneceſſarij.

AVCTORE

IVLIO CAESARE RAINERIO V.I.D.
Presbytero oppidi Caſtriuillarum,
Caſſanen. Diœceſis.

Et in Sacroſancta Eccleſia Sancti Spiritus in Saxia de Vrbe, animarum curam exercente.

Biblioteca Nazionale NAPOLI V.E. III



BRACCIANI, Apud Andream Phæum. MDCXX.

Superiorum Permiſſu.

Digitized by Google

Digitized by Google

Illuſtriſs.º & Reuerendiſs.º D.D.

PETRO CAMPOREO S. R.E. CARDINALI AMPLISSIMO.

Iulius Cæſar Rainerius V.I.D.Presby-ter Caſſanen. veram, & perpe-tuam fœlicitatem .

CEnſurarum,& Irregularitatum notitiam , Cardinalis Ampliſſime, tum eccleſiaſticis , tũ maxime confeſſarijs neceſſariam eſſe, Doctorum omnium ſententia constat; vſque eo,vt cui ex confeſſarijs , hæc penitus perſpecta non ſint , neque eidem ſua, neque aliorum ſalus cara in primis eſſe videatur. Qua propter iam inde a principio mei cle

Digitized by Google

ricatus,ijs cognoſcendis operam, & induſtriam dedi, quam induſtriam poſtea auxi, cum in Templo ſancti Spiritus inSaxia tuo iuſſu animarum curam,licet tanto oneri impar excepi. Et quo celerius mihi eſſent ad manus,quæ cuiuſq;ſaluti magis expedirent, ſpecies rerum ſum amplexus, quæ frequentius in communi conſuetudine Vitæ verſantur,easq; in Catalogos redegi. Neque me latet in eiuſmodi cenſurarum,& irregularitatum catalogis elaboraſſe complures: verum quia partim dum breues eſſe laborant,res obſcurare,partim dum laxius omnia dilatant, perturbare videntur.Ego interiectus inter hos medius,ita ab extremis vtrorumq;diſcedere ſum conatus,vt neque rebus tenebras breuitate prætenderem,neq; perturbationem eiſdem abundantia verborum afferrem. Latebat igitur hic meus liber in tenebris, mihique tantum vni ad quotidianas confeſ-

ſio-

ſiones vſui erat, cum eum Viri quidem,& pietate,& eruditione præſtantes, ſimul vt viderunt,approbarunt, mihique vno ore fuerunt Auctores, vt cum alijs communicarem, præloque committerem, ſi nihil aliud ſaltem, ne ſtudio hominum, aut librorum inopia retardentur, aut eorumdem multitudine deterreantur. Cum quęcunque ab alijs dicuntur modico hoc libello,& cuiuis facili ad comparandum breuiter incluſa teneantur. His igitur rationibus victus ſimulq; cæteros iuuandi ſtudio adductus, opus hoc qualecunque illud ſit, edendum, imprimendumque curaui; Verum ne auctoris obſcuritate in publicum prodire verecunderetur, dedi operam, vt in tuo nomine appareret, à quo ſplendorem mutuatum, minus hominum lucem perhorreſceret. Quamobrem patere, Princeps Ampliſſime, laborem hunc meum, eam à te claritatem, quam ex ſe non habet

ar-

arceſſere,& ad cæterorum tuorum in me cumulum beneficiorum, quibus arctiſſime tibi deuinctus ſum, hoc quoq; non exiguum adde. Ego quod potero ab Auctore omnium bonorum Deo,omnibus precibus,votiſq;contendam, vt illud honorum culmen attingas,quo tua te probatiſſima vita, atque omnibus virtutibus cumulatiſſima vocat.

AD

Digitized by Google

AD LECTOREM.

QVAE in corpore iuris, & in aliis eccleſiæ cõſtitutionibus diſperſæ extãt excommunicationes, eaſdẽ quamplurimas, & propè innumeras eſſe nemo ignorat. Quas niſi in vnum Doctores colligere ſtuduiſſent, vt Summa Antonina, Aſtenſis, Roſella, Angelica, Sylueſtrina, Tabiena, & Caietanus, Nauarrus, Toletus, Sayrus, Graffius, Suarez, & alii, vix eſſet, qui eas legere, nedum memoriæ commendare potuiſſet. Sed cum nullus a ſupradictis Doctoribus certus ſeruetur ordo, niſi librorum

iuris canonici, Lectorem profecto nihil aut parum iuuant eorum volumina, ad facile inueniendas, & memoriæ eaſdem tradendas. Quin etiam quam plurimi, quibus eorum notitia, quàm neceſſaria eſt, nonnumquam libris carent. Hinc optimo conſilio, quidam excommunicationum Catalogus Bononiæ editus fuit, in decem capita concinne diſtributus, qui Parrochis, Confeſſariis, cæteriſque fidelibus omnibus valde vtilis exiſtimatus eſt; In quo excommunicationes omnes tum antiquiores magis vſu receptæ, tum nouiſſimæ continentur. Quem cum doctiſſimus quidam, & religioſiſſimus vir admodum probaſſet, inſpiceretque nihilominus in eo multa deſiderari, quæ forſitan ſtudio breuitatis conſulto fuerunt prætermiſſa, id mihi oneris impoſuit, vt libellum eiuſmodi caſtigatiorem, dilucidioremq. iterum prælo ſubmittendum curarem, adderemque in eo excommunicationes bullæ cœnæ, & eodem ordi-

ne

Digitized by Google

ne cenſurarum catalogos ſuſpenſionis, & interdicti, ac etiam irregularitatum. Obtemperaui libens. Verum an ſcopum attigerim, aliorum iudicium eſto. Equidem in vnoquoque illorum caſu actiones, perſonas, earumq; conditiones omnes ex ipſiſmet bullis, & iuribus depromptas expreſſi, & nonnulla interpoſui verba, quæ vnicuique lucem afferunt non mediocrem. In margine etiam habes Authores, ex quibus ego quamplurima hauſi, quorum nomina ſequenti pagina deſcribuntur. In quibus etiam tu quoque lector, eadem, ſi libuerit, poteris vberius inuenire. Illud etiam conatus ſum præſtare, vt quicunque hunc auctum, & alios addito catalogos, præmanibus habeat, nihil, aut parum in his deſideret amplius. Si quid vero eſt, quod non ita exactè, & accurate elaboratum inueneris, id ingenii mei tenuitati, & multis, quibus aſſidue detineor occupationibus, tribuito. Ama interim eo me amo-

re,

re,quo te proſequor, & Deum omnium bonorum Auctorem pro me ora, ne ab illa æterna excludar felicitate, quam tibi, & omnibus ex animo cupio. Vale.

AV-

AVTHORES IN HOC LIBRO CONTENTI.

Abb.
Ang.
Anan.
S.Anton.
Ant.Gom.
Archid.
Arm.
Auil.
Azor.
Caiet.
Coink
Conc.Trid.
Couar.
Cardin.
Dec.
Deciſ.Capic.
Diaz
Didac.Perez.
Eman.
Fuſc.
Graff.
Henr.
Hoſt.
Innoc.
Io.Andr.
Io.Mon.
Iul.Clar.
Leſſ.
Maiol.
Medin.
Molin.
Nau.
Nicol.Plou.
Palud.
Pariſ.
Philiarch.
Quaranta.
Rebuff.
Sale in Diaz.
Sanchez
Sayr.
Suar.
Soccin.
Sot.
Specul.
Sylu.
Tabien.
S.Thom.
Tol.
Viual.
Viuian.
Turrecrem.
Villadieg.
Zecch.

Ap-

LEgi hoc compendium, ſeu catalogum cenſurarũ atq. irregularitatum ab Adm. R. D. Iulio Cæſare Rainerio collectum, nihilq. in eo reperi quod orthodoxæ fidei, ſacriq. canonibus obſtet, ideo ad communem vtilitatem imprimi poſſe cenſeo, ſi ijs ad quos ſpectat opportunum videbitur.

Ioannes de Nigris è Societate Ieſu Pœnitentiarius apud S. Petrum.

EGo Fr. Gregorius Vrſinus Romanus Ordinis Prædicatorum; Sacræ Theologiæ Magiſter: Hos cenſurarum, & irregularitatum catalogus, ſtudio, & induſtria Reu. Adm. D. Iulij Cæſaris Rainerij, viri pij, & docti in vnum redactos, & omni a me obſeruatione perlectos, atq. omnino orthodoxos, eccleſiaſticisq. ſanctionibus conſentaneos repertos: communi conſulendo vtilitati, tum ad maius memoriæ adminiculum, tum ad faciliorem dictarum cenſurarum, & irregularitatum explorationem, pro vniuſcuiuſq. officij munere, typis mandari, maxime opportunum cenſeo; In cuius veritatem, præſentes mea manu ſcripſi, in Conuentu Romano S. Mariæ ſuper Mineruam, Die 15. Februarij 1620.

Ego Fr. Gregorius Vrſinus qui ſupra manu propria.

Imprimatur Bracciani,

Fr. Dionyſius Epiſcopus Sutrinus, & Nepeſinus.

BVLLAE COENAE facilis,& breuiſſima excommunicationum explicatio.

EXcōmunicationes, quæ in iure reperiūtur,ſunt vel ſummo Pontifici, vel epiſcopo,vel nemini reſeruatæ: ſed quoniam neceſſariū eſt,eas non ignorare confeſſarium, antequam ad ſingularū earum explicationem accedam, opere prætiū eſſe duxi,eas primo loco exponere, quæ habentur in cœnæ ſanctiſs.in Chriſto Patris D.D. Noſtri Pauli Papæ V. anno 1619. Etenim hæ ſingulis annis fulminantur ſolemnitate magna a Rom.Pontifice corā toto populo,vt nemo ignoret earum abſolutionem difficilius concedi a ſede Apoſtolica,et vt cō ſeruetur in vinculo charitatis ſub Chriſto capite,eiusq;in Terris Vicario vnitas,& integritas catholicæ fidei in omnibus fidelibus:Quare.

Notandum eſt 1. hanc bullam appellari proceſſus generales,quaſi ſententias quaſdam contra quaſcumq. perſonas,quæ contraueniunt mandatis Rom.Pon.contentis in

Digitized by Google

eis; & licet eiuſmodi excõicationes omnes ſint in iure, quædam reſeruatæ, quædam vero non reſeruatæ ſummo Pontifici, voluit tamen Pontifex hæc omnia per ſententias inhibere, vt aduerteret, & deterreret multo magis omnes per acerbiorem pœnã ab eiuſmodi peccatis perpetrãdis, et vt arctius conſeruetur inter fideles pax, vnitas, & integritas illorum: Olim ter in anno publicabãtur, in die Iouis ſancti, in die Aſcẽſionis, & in die Dedicationis baſilicæ Ss. Petri, & Pauli [a]; hodie vero ſemel in anno in die Iouis ſancti, propterea hi proceſſus, vocantur bullæ cœnæ quia eadem die Dominus noſter vltimam cœnam fecit cum ſuis diſcipulis.

a gl. in cle. 1. verb. ſolemnis de iudic.

Notandum eſt 2. hos proceſſus a multis annis ſolitos fuiſſe per Rom. Pont. publicari, in quibus nonnulli pauci caſus compræhendebantur, nunc vero multo plura perſonarum genera comprehenſa ſunt; ſub poſterioribus proceſſibus, et maxime ſub præſentibus.

Notãdum eſt 3. excõicationes contentas in his proceſſibus eſſe ab homine; [b] habent tamen vim iuris, quia & generaliter fulminantur, et quia durat earum efficacia, donec a ſucceſſore reuocentur, vt in ſua bulla ſtatuit Pius V. et quia per alia etiã iura, omnes fere hæ excõicationes bullæ, latæ fuerunt, ideoq; cum non expirent per mortem Pontificis

b Sot. in 4. diſt. 22. q. 2 ar. 3.

tificis vt antea, [c] ſed durant etiam ſede vacante donec aliȩ fulminentur, videntur nunc eſſe de iure.[d]

c gl. in c. a nobis de ſent. exc.

d Nau. c. 27 nu. 74.

Notandum eſt 4. ita eſſe earum abſolutiones ſedi Apoſt. reſeruatas, vt nũquam comprehendantur in aliquo quouis priuilegio cõceſſo a ſede Apoſt. alicui religioni, vel iubilæo, vel alteri, quo facultas conceditur abſoluendi a caſibus ſedi Apoſt. reſeruatis, niſi de caſibus bullæ cœnæ fiat expreſſa mentio.[e]

e Graff. l. 4. c. 18. n. 2.

Notandum 5. priuilegia conceſſa Principibus, Regibus, et aliis vt nequeãt excõicari non habere locũ in caſibus contentis in bulla cœnæ, quibus comprehenduntur ipſi; et ſi ſcienter ab eis aliquis abſoluere præſumit, vel ab aliis ſedi Apoſt. reſeruatis, eſt excõicatus excõicatione reſeruata, vt habetur in decreto Congr. Conc. relato a Quaranta.[f]

f verb. caſus fol. mihi 162.

Notandum eſt 6. olim fuiſſe præceptum vt ſub peccato mortali quilibet Cõfeſſarius eiuſmodi bullã penes ſe haberet, legeret, & diligenter eã examinaret, hodie vero conſilium eſſe aſſerit Graffius.[g] præterea.

g loc. cit. n. 9.

Notandum etiam eſt 7. offendentem plura capita huius bullæ, tot excommunicationes incurrere, quot ſunt capita, quia ſpecie inter ſe diſtinguntur, niſi probabili ignorantia excuſetur. Quæ quidem bulla vbiq; locorũ obſeruari debet a Chriſti fidelibus, quos tantum afficit. His igitur ſuppoſitis accedam

dam ad ſingularem partium explicationem.

PRIMVS CASVS.

Contra Hæreticos eorumq. fautores.

PRima excommunicatio fulminatur contra hæc genera perſonarum, 1. contra hæreticos: 2. eorum credentes: 3. receptatores: 4. fautores: 5. defenſores: 6. ſciẽter libros hæreticorum legentes: 7. eoſdem libros retinentes: 8. imprimentes: 9. defendentes quo libet colore publicè vel occulte: 10. contra ſchiſmaticos pertinaciter ſe ſubtrahentes ab obedientia Romani Pontificis, aut ab ea recedentes.

Per hæreticos intellige eos, qui poſt ſuſceptum baptiſmum, & ſufficienter de rebus credendis inſtructionem, errorem habent in intellectu contra fidem cum pertinacia, eumdemque exprimunt exterius aliquo ſigno, vt verbo vel ſcripto, etiamſi ſint occultiſſimi, dicendi ſunt hæretici, et comprehenſi in hac bulla. Vnde in hac excommunicatione non comprehenduntur. 1. Adulti quærentes veritatem catholicam: 2. nec habentes aliquem errorem tantum in mente nullo exterius ſigno expreſſum: nec facientes aliquo metu exterius aliquid contra fidem, modo interius non aſſentiant, licet in foro exteriori præſumantur hæretici;

Vnde

Vnde Pontificis egerent abſolutione, re uera tamen in foro conſcientiæ non ſunt hæretici, neque excommunicati: 4. neq; errantes contra fidem ignoranter ignorantia probabili. 5. illi, qui nullum habẽt ſcrupulũ ſuæ fidei, quia numquã fuerunt admoniti, non ſunt dicẽdi hæretici, neq; excõmunicati in bulla, modo hi omnes ſint parati corrigi, et obedire Eccleſiæ.

Per credentes intellige eos, qui credunt errores hæreticorum, eorum laudando dogmata tamquam bona; vel con fuſè credendo veram eſſe doctrinam eorum, quæcunque illa ſit, quamuis ſciant illos aliter credere, quam catholicorum eccleſia credat, vel affirmandó poſſe quẽlibet chriſtianum ſaluari in ſecta Lutheri vel alterius hæretici, aut profitendo velle ſe mori in lege ſeu fide eorum, [b] etc.

[a] c. 15. excommunicamus il 2. de hęret.

[b] Palud. in 4. diſt. 13. q. 3. concluſ. 2.

Per receptatores intellige eos, qui occultant etiam ſemel hæreticos, vt hæreticos ne in manus Iudicis veniant, ſecus ſi id faciunt ex aliqua alia cauſa, nam poteſt quis eoſdem recipere, et occultare ob alia crimina, vel ob liberalitatem, amicitiam, conſanguinitatem, non habita ratione ad hæreſim, et non incurrit hanc cenſuram [c], etc.

[c] Rebuff. de contum. ar. 67. glo. 2. quæſt. 7.

Per fautores intellige eos, qui vel omit

runt,vel committunt aliquid in fauorem hæreticorum: fautores ex omiſſione ſunt ii , qui ex officio tenentur , vel in carcerem hæreticos detrudere vel eoſdem punire,ſiue qui eis fauent ſint Epiſcopi,ſiue alii Pręlati,aut inquiſitores,eorumue Miniſtri,idq;facere omittunt, vel negligunt cum poſſint Diœceſim,aut alia loca purgare ab eiuſmodi hæreſibus; fautores ex omiſſione ſunt etiam 1.ii,qui obſtrinxerunt ſe iuramento , vel ſtipendio denuntiare hęreticos,& negligunt,aut omittũt hoc facere,vnde qui iuramento, vel ſtipẽdio ad hoc non ſe obſtringunt,non incurrunt hanc,ſed aliam cenſurã, quæ quotãnis promulgatur,ab inquiſitoribus contra non denuntiantes:2. ſub hoc nomine fautorum ex omiſſione comprehenduntur Miniſtri curiæ ſecularis negãtes brachium ſeculare contra hæreticos:3. Iudices,& Actuarii contra eos procedere omittentes:4.Teſtes negantes,vel diſſimulãtes veritatem,& ſimiles.Fautores vero ex commiſſione ſunt,qui verbis, literis, aut factis,fauent eis, in ordinem ad hæreſim, 1.ſi eoſdem docent viam fugiendi, vel falſo ſe defendendi:2. ſi præſtant hæreticis alimoniam extra neceſſitatem in fauorem hæreſis [a]; 3. ſi eiſdem adminiſtrant

[a] Nau.c. n°.31. & 16.num.7.de hæret.

ſtrãt ea, quibus ſe liberare poſſint, et ſimilia: quę omnia habẽtur toto tit. de hæret.

Per defenſores intellige 1. eos, qui opibus, potentia, viribus, alioue modo hæreticis auxilium præſtant, ne in iudicis manus veniant puniendi, vel qui eos, aut eorum hæreticam doctrinam eodem modo defendunt; 2. Aduocatos, qui in cauſa hæreſis ſcienter, et in curia hæreticis patrocinantur; 3. Notarios, qui acta componunt in defenſionem hæreticorum[a]. [a] c. ſi q. iuſtos 27. q. 1.

Per legentes hæreticorũ libros intellige libros continentes eorum errores, vel tractãtes de religione, vt de fide, de ſacra Scriptura, de Theologia ſcholaſtica, vtq; ẽt in aliqua parte alicuius eorũ libri nedũ in toto; et ad incurrendam hãc cenſurã non ſufficit legere aliquas lineas vel ẽt eoſdem oculis percurrere, aut memoriter pronuntiare niſi id fiat ex contemptu vel cum periculo[b]: Nec excuſantur ii, qui aliquem inducunt precibus, conſilio, vel auctoritate ad eos legẽdũ, et ipſi audiũt; neq; legentes ad errores cognoſcendos, et impugnandos, aut ad eruditionem depromendam: neque detinentes domi nomine proprio vel alieno ſcienter tales libros, et non combuſſerint, vel eos non præſentauerint Epiſcopis, vel Inquiſitoribus, [b] Graff. l. 4. c. 18. n. 43.

g Archid. in c. ſane, & c. ſi forte 22.q.4.n.21.

ribus, etiāſi ſint libri non dum impreſſi.[g]

Per imprimentes intellige 1. Dominos et Magiſtros impreſſionis, 2. Typographos, qui impreſſoribus expēſas ſoluunt: 3. componentes typos, et etiā corrigentes literas, item eoſdem libros detinentes, defendentes, &c.[h]

h Graff. loc. cit. num. 50.

Per ſchiſmaticos intellige eos, qui verbo, ſcripto, aut aliquo alio ſigno exteriori, quod procedit ab interiori recedunt, & ſe ſubtrahunt ab obedientia Eccleſiæ Romanæ cum rebellione, et recuſant obedire, et ſubijci Papæ, in quantum Papa, et caput Eccleſiæ.[i]

i Turrec. l. 4. de eccl. p. 1. c. 16. Corra d. l. 1. c. 16. de hęr.

Schiſmatici vero, qui recedunt ab obedientia Papæ, quia non credūt eius poteſtatem, dicuntur hæretici, et ligantur duplici excommunicatione, quarum altera eſt Cœnæ Domini, altera vero iuris particularis: ſed qui ex aliqua animi paſſione moti, non obtēperant mandatis Pontificis, non incurrunt hanc cenſurā, quia ad eam incurrendam, requiritur vt quis in totum a iudicio, et obedientia Romani Pontificis ſe ſubtrahat opere ipſo non recognoſcendo eum ſuperiorem.[k]

k Tol. l. 1. caſu 2. in fin.

SE-

SECVNDVS CASVS.

Contra appellantes ad Concilium generale.

SEcunda excommunicatio eſt contra eos: 1.qui ab ordinationibus ſeu mãdatis Romani Pontificis ad futurũ generale Concilium appellant. 2.contra eos, quorum auxilio, vel fauore appellatum fuerit. circa quam Nota 1. hanc excommunicationem quoad perſonas comprehendere omnes cuiuſcunque ſtatus, gradus, ſeu conditionis: quoad actiones vero vnam prohibere, quæ eſt appellare ad futurum generale Concilium; vnde qui appellant ad concilium præſens, aut prouinciale, non incurrunt hanc excommunicationem: neq; qui appellant a ſententiis, etc. iudicũ inferiorum Sedis Apoſtolicę.

Nota ſecundo, ad incurrendam hanc cenſuram, auxilium vel fauorem debere præcedere appellationem, eiuſq; effectu ſequuto, ſecus ſi poſt appellationem ſubſequitur fauor ſeu auxilium: Nota etiam dantes conſilium non comprehendi in hac cenſura, quia in ea de conſilio nulla fit mentio.[a]

a Caiet. cap. 35. Nau. c. 27. nu. 88.

TERTIVS CASVS.

Contra Piratas, Curſarios, &c.

TErtia excommunicatio fertur 1. contra omnes piratas, curſarios, et ſimiles latrunculos maritimos: 2. contra receptatores, fautores, et defenſores eorumdem. Per Piratas, etc. intellige eos, qui principaliter in mari verſātur, cauſa deprædandi, ſpoliandi, capiendi mutilandi, etc. eos, qui cauſa negotii, vel aliis de cauſis nauigant: et vt tales latrunculi incurrant hanc cenſuram, neceſſario requiri vt diſcurrentes mare Eccleſiæ præſertim a Monte Argentario vſq; ad Terracinam, illud ingreſſi ſint animo deprædandi etc. Chriſtianos, non infideles, quamuis deprædationis effectus non ſit ſequutus etc. Hinc nota diſcurrētes hoc mare ob alium finem, et per accidēs ſi ſemel, vel iterum depręcdentur, ſpolient, etc. vel diſcurrant flumina animo deprædandi, non incurrunt hanc excommuni- cationem.

a Syl. exc. 7. nu. 56.

Nota etiam eos incurrere hanc excōmunicationem, qui eoſdem ſcienter receptant, ſeu occultant, defendunt, ſeu iuuant,

uant, verbis aut factis, vt tales malefactores.

QVARTVS CASVS.

Contra Naufragantium Christianorum bona occupantes.

QVarta excommunicatio fertur cōtrà ſurripientes bona chriſtianorum naufragantium; quæ quoad perſonas eſt vniuerſalis, ſed quoad actiones vna prohibetur, quæ eſt ſurripere iniuſte bona naufragorum, ſiue ſciēter, ſiue ex quacunque ignorantia culpabili grauem malitiam habente in eo genere: circa quam Nota 1. iniuſte ſurripientē eiuſmodi bona qui poſtea moroſus eſt, et pertinax in eis retinēdis, duas incurrere excommunicationes, quarum altera eſt ex Bulla Cœnę ob iniuſtam acceptionem, altera vero ex cap. excommunicationi de raptoribus ob moroſam retentionem animo ea non reſtituendi, et hæc nemini eſt reſeruata iuxta opinionem Suarez [a]. [a] diſp. 11. ſect. 2. num. 30.

Nota 2. eum, qui a principio talia bona occupauerit animo ea conſeruandi, & reſtituendi domino, ſi poſtea mutata voluntate incipiat retinere, tunc incur-

rere hanc excommunicationem bullæ, vel ſi oblata occaſione ea reddendi vero domino, mutauit voluntatem, omiſit red dere, et ſibi retinuit vtraque ligatur excommunicatione ſupradicta; ſiue eiuſmo di bona naufragantiū catholicorum ſint in nauibus fidelium, ſiue infidelium, ſiue ſurreptio fiat in mari, ſiue in littore, ſiue in terra, quia non variat malitiā [b]. Hinc fit vt ab excommunicatione excludātur 1. ſurripientes talia bona naufragantium hæreticorum, & infidelium, vel piratarū & latronum maritimorum [c]: 2. ſurripien tes bona ab aliis in naufragio ſurrepta: 3. accipientes animo ſtatim reſtituendi propriis Dominis: 4. credentes probabiliter talia bona a dominis haberi pro dere lictis, & breui peritura vt zaccharum, farina, & ſimilia: 5. ſurripientes modicam quantitatem, vel etiam magnam ſed extra naufragium, vel in fluminibus, aut lacubus. Nota etiam talia bona ſic ſurrepta numquam præſcribuntur etiam tempore immemorabili, quin vero domino inuento reſtituantur.

b Graff. loc. cit. nu. 70. & Suar. loc. cit.

c Syl. verb. naufragium. ſtu. 1.

QVIN-

QVINTVS CASVS.

Contra imponentes noua tributa.

QVinta excommunicatio fertur cō-tra eos, qui in terris ſuis noua pedagia, ſeu gabellas, præterquam ſibi à iure, ſeu priuilegio ſpeciali Sedis Apoſtolicæ permiſſa imponunt, vel augent aut prohibita exigunt. circa quam Nota 1. poteſtatem imponendi vectigalia iure ordinario reſidere ſolum apud ſupremos Principes, et Reſpublicas habentes merum, et mixtum Imperium, qui in temporalibus ſuperiorem non habent, ad quem poſſit appellari, vt Papa, concilium generale Imperatores, Reges, et Reſpublicæ non recognoſcentes ſuperiorem in temporalibus; [b] Quo fit, vt omnes alii Principes qui ſupremi non ſunt, ſub hac cenſura comprehendantur ſi abſq; alia facultate ſibi tributa, imponant, aut alia exigant, non habita ab aliquo ex prædictis ſupremis Principibus. [c]

a Syl. exc. 7. nu. 19.

b Nau. c. 27. nu. 61.

c Vgolin. q. 9. §. 1. verſ. 61.

Nota 2. vt legitimè imponātur gabellæ, requiri 1. poteſtatem ordinariam, vel ſpeciali priuilegio conceſſam: 2. iuſtam

cauſam

cauſam in imponendo iuxta quantitatē rei occurrentis, & in exigendo durante tantum neceſſitate, & vt exacta inſumantur cum effectu in eam rem, propter quā fuit impoſita gabella, vel aucta; 3. publicam vtilitatem, et neceſſitatē, quæ in dubio ſemper præſumitur pro Principe. Hinc collige 1. exigentes bona fide ab hac cenſura excuſari, iniuſtitiam gabellæ impoſitæ non aduertentes [a]: 2. Ciues vel cōmunitates, collectas aliquas ſibimetipſis imponentes. 3 Dominos inferiores Principibus ſupremis, imponentes gabellas ſine ſpeciali licentia, et non exigentes donec veniat aſſenſus ſuperioris reſeruatus in ipſa impoſitione, ſecus ſi non fuerit reſeruatus. 4. ob gabellas impoſitas clericis extare alteram excommunicationem [b].

a Ang. verſ. pedagium: Syl. gabell. 3. q. 3. & 7. Caiet. verb. vectigalia.

b in caſu 18.

Per verbum exigentes intellige etiam extorquentes pecuniam ab inuitis etiam ſemel; in quibus comprehendūtur imponentium hæredes, ſucceſſores, coadiutores, Appaltatores, Miniſtri, & famuli cooperantes in eis ſic exigendis, et tandem exigentes, quæ numquam fuerunt impoſitæ [c].

c Syl. exc. 7. nu. 54. & verb. gabella.

Per accipientes a non ſponte dātibus intellige non eos qui ſimpliciter aliquid

acci-

accipiunt,ſed qui accipiũt tamquam ſibi debitum ex eiuſmodi impoſitione, exigunt, petunt, rogant, vel aſtant in loco vbi tales gabellæ exigi ſolent, idem iudica de augentibus etc. vide DD. cit.

SEXTVS CASVS.

Contra falſarios litterarum Apoſtolicarum.

SExta excommunicatio fertur 1. contra omnes falſarios literarum Apoſtolicarum in forma breuis; 2. contra falſarios in forma ſupplicationum gratiam vel iuſtitiam concernentium per Romanum Pontificem, aut per Vicecancellarium, aut per eorum loca gerentes, vel de mandato ſummi Pontificis ſignatarum. 3. contra falſo fabricãtes ſupplicationes huiuſmodi ſub nomine alicuius ex ſupradictis. 4. contra eos etiam omnes, qui aliquid in illis addunt, immutant, vel radunt, quo immutatur ſenſus a Summo Pontifice intentus, etiamſi per vnius puncti, aut apicis mutationem, fieret immutatio; unde hic prohibetur mutatio formalis quoad ſenſum, et non materialis quę in melius fit, tamen cauendum omnino

nino eſt a ſimilibus emẽdationibus.Hinc nota 1.hic non comprehendi falſificantes literas legatorum,ſummorum Pœnitentiariorum, Nuntiorum,et aliorum [a]; 2. nec qui per ſubreptionem ſuppreſſa veritate,vel ſuggeſta falſitate obtinent literas apoſtolicas:3.neque qui ſub nomine alieno veras impetrant literas, eiſque vtuntur. 4. nec qui mandant aut conſulunt eiuſmodi literas,falſificari,quamuis iſti incurrant aliam excommunicationẽ nemini reſeruatam ex c. ad falſariorum de crim.falſ.

a Palud.in 4.q. 3.ar.2.

SEPTIMVS CASVS.

Contra dantes auxilium infidelibus.

SEptima excommunicatio eſt, 1.contra deferẽtes infidelibus Eccleſiæ hoſtibus,et inimicis in damnum chriſtianorum,et catholicorum arma,equos etc.2. contra dantes eiſdem auxilium, conſiliũ vel fauorem ad hæc: 3. contra certiores facientes infideles,et hæreticos de iis rebus quæ ſunt contra ſtatum reipublicæ chriſtianæ.

Hæc cenſura quoad perſonas eſt generalis neminem excipiens, quoad actiones

nes vero prohibet 1.deferre;2.tranſmittere;3.dare conſ.aux.vel fau.et ſecreta reuelare.Hinc nota 1.hic prohiberi ea,quæ pertinent ad arma tam defenſiua, quam offenſiua; ſub nomine armorũ intellige omnia genera metallorum,lignaminum, funium,et earundem materiarum eiuſdẽ rationis cum prædictis,quibus chriſtiani, vel etiam infideles impugnantur,quia infideles cum ſeſe occaſio obtulerit,iiſdem contra fideles pugnabunt; 5.prohiberi etiam hic tranſmittere equos cuiuſcunq; conditionis,qui poſſint inſeruire ad deferendas ſarcinas,& alia bello neceſſaria.6 tandem prohiberi quicquid ad bellicas actiones confert ſeu ordinatur ſiue ſint proxima earum inſtrumenta ſiue materia earum,ſiue alia animalia, aut res alię deferentes perſonas militum, vel arma, et res eorum,illaque omnia quæ ad vſum talium rerum neceſſaria ſunt.

Nota 2.hic comprehendi omnes, qui prædicta faciunt,vel dant aux. etc.effectu ſequuto,et ſecreta nuntiant in perniciẽ et damnum chriſtianorum etc. ſiue per ſe, ſiue per interpoſitam perſonam niſi coacti,ſub pœna,vel grauis damni.

Nota 3.ab hac cenſura excuſari eos; 1.qui prædicta prohibita vẽdunt in Ter-

ris

ris chriſtianorũ infidelibus, id enim non eſt deferre aut tranſportare: 2. qui arma, & alia prohibita deferunt pro neceſſaria conſeruatione propriæ vitæ, vel ſuorum, aut rerũ magni momenti quia præceptũ eccleſiaſticũ non obligat cum tanto rigore: 3. qui ex gratitudine, et animi liberalitate dant illis prohibita parui momenti, vt pugionẽ, galeam, et ſimilia: 4. qui aux. etc. dant coacti vt remigando, ſecreta reuelando, etc. 5. qui infidelibus non tempore belli defecerunt victualia, &c.

Suar. d. 21. ſect. 2. nu. 56. vſq. in fi. Tol. l. 1. c. 27.

OCTAVVS CASVS.

Eſt contra impedientes victualia ad Curiam Romanam deferri.

OCtaua excommunicatio eſt contra omnes cuiuſcumque ordinis, præeminentię etc. 1. qui impediunt ſeu inuadunt eos, qui victualia, ſeu alia ad vsũ Romanę curiæ neceſſaria adducunt: 2. contra eos, qui ne ad Romanam curiã adducantur, prohibent, impediunt, ſeu perturbant, vel hæc facientes defendunt per ſe, vel per alios. Quæ omnia ſupradicta prohibita intellige ſi iniuſte fiãt: Hinc nota 1. eum Principem ſeu Rempublicam

non

non incurrere hanc cenſurã, qui ſuo iure vtens, vel ſuæ vtilitati proſpiciens, prohibet ne triticũ, vel aliquid ſimile ex ſuis finibus extrahatur, vt Romam deportetur, modo tale ius, quo vtitur ad ſuum cõmodum, ſit clarum, et certum ſaltem practice, cum aliqua rationabili cauſa pro temporis, opportunitate.[a] Per curiam Romanam intellige locum, vbi eſt ſedes Apoſtolica, ibique agitantur lites[b]; Vnde hæc cenſura non habet locum vbi nõ eſt ſedes Apoſtolica in prohibẽtibus etc. ne deferantur neceſſaria Romam neq; ſi Romæ adeſt ſedes Apoſtolica, et ex vrgenti cauſa illa prohibentur deferri, vt ob peſtem, is qui reuerſuri ſunt in patriã neq; habet locum in parentibus, qui id filiis prohibent ob periculum, latronum, meretricum, etc. vel prohibitio eſt de materia leui etc.

a Caiet. c. 19. & Nau. c. 271. nu. 64.

b Graſ. loc. cit. nu. 109.

NONVS CASVS.

Contra afficiẽtes aliquibus iniuriis eos, qui ad ſede Apoſtolicam accedunt.

NOna excommunicatio eſt contra omnes, 1. qui accedentes ad ſedẽ Apoſtolicam, vel ab ea recedentes per ſe

vel

vel per alios interficiunt, mutilant, ſpoliant, capiunt aut detinent: 2. contra omnes qui iuriſdictionem ordinariam vel delegatam non habentes, eam ſibi temere vendicantes, ſimilia contra morantes in eadem curia audent perpetrare. circa quam nota 1. eos qui aliquam actionem ex his faciunt contra euntes ad ſedē Apoſtolicā ideſt ad negotia, cauſas, vel res ad illam pertinentes, aut quocunque modo gratia illius incurrere hanc excommunicationem: nota 2. eos etiā incurrere hanc cenſuram, qui prætextu iuriſdictionis vſurpatæ prædictas iniurioſas actiones exercent in eos, qui in curia morantur. Hinc collige eos, qui ob aliquam aliam cā quam ob iuriſdictionem vſurpatam, aliquem morantem in curia interficiunt, vt ex rixa vel aliquem furando ſpoliant etc. non comprehendi in hac cenſura[a]. quia non authoritatiue tanquam iuriſdictionem exercentes id faciunt. vide Con. Tri. & extrau. Pii V. ſi de protegendis.

Sed hodie iudex de Sabellis habet iuriſdictionem in laicos curiales, in clericos vero Auditor Cameræ Apoſtolicę, et in cæteros ob delicta, vel debita Iudices ordinarii loci vbi reſidet dicta Curia[b].

DE-

a Suar. diſp. 21. ſect. 2. nu. 65. & ſeqq.

b Extrau. 38. ad eximiæ Pij 4.

DECIMVS CASVS.

Contra inferentes aliquas iniurias iis, qui Romam deuotionis cauſa petunt.

Decima excõicatio eſt contra omnes interficientes, mutilantes, vulnerantes, detinentes, capientes, ſeu deprædantes Romipetas, ſeu peregrinos ad Vrbem cauſa deuotionis ſeu peregrinationis accedentes, & in ea morantes, & in ea morantes, vel ab ipſa recedentes, et in his dantes auxilium, conſilium, & fauorem. Circa quam nota 1. non omnes, qui Romam tendunt, hic comprehendi, ſed tantum qui principaliter cauſa & ratione deuotionis, ſeu peregrinationis et viſitandi limina Apoſtolorum, aliaue loca ſacra Romam quouis modo accedunt [a] quia iſti proprie dicuntur eſſe ſub protectione S. Rom. Eccl. [b] ſiue ſint externi, ſiue incolæ qui poſt translatum alio domicilium iterum Romam repetunt cauſa deuotionis, ſiue etiam ſint hæretici, Schiſmatici, Iudæi, vel alii infideles, qui pietatis cauſa, & ob conuerſionem ad Vrbem veniunt; etiamſi ſedes Apoſtolica Romæ non eſſet. [c] Nota 2. ab hac excomm. excu-

a Nau. c. 27. nu 63. & 66.

b c. arguta 1. q. 6

c Vgol. §. 1. verſ. 5. & 6. Caiet. c. 13. & 14 & Nau. c. 27. nu. 65.

ſari primo eos qui Romipetas iuſte occidunt vulnerant etc. 2. qui eoſdem etiam iniuſte verberant, modo non vulnerent &c aut impediant quominus cœptum iter peragrant abſque iuſta cauſa, belli, peſtis & ſim. 3. qui eos clam vel occulte furantur; ſecus ſi aperte vt graſsatores ex verbo depredantes.

VNDECIMVS CASVS.

Contra perſequentes aliquas perſonas eccleſiaſticas in dignitate conſtitutas.

VNdecima excommunicatio eſt primo contra omnes, qui interficiunt, mutilant, vulnerant, percutiunt, capiunt, incarcerant, detinent, vel hoſtiliter inſequuntur S. Romanæ Eccleſiæ Cardinales, Patriarchas, Archiepiſcopos Epiſcopos, ſediſque Apoſtolicæ legatos, vel nuntios &c. 2. contra eos, qui aliquem ex numeratis è ſuis territoriis, terris, ſeu dominiis eiiciunt: 3. contra talia mandantes, rata habentes, & præſtantes eis auxilium, conſilium, & fauorem. circa quam.

Nota primo ad incurrendam hanc cenſuram ſatis eſſe ex dictis actionibus vnam

ex

ex ſuo genere mortalem, ſed non quodcunque mortale peccatum ſufficit, ſed quando ſciens & cognoſcens eum eſſe Cardinalem, vel Patriarcham & c.eumdẽ percutit, vulnerat &c. ſecus ſi eum non agnoſcit, vel offendit &c.ad defenſionem proprie Vitæ;aut Epiſcopus offenſus non ſit ad huc conſecratus.

Nota 2. per datum auxilium etc. non incurri hanc cenſuram,niſi ſequatur effe ctus oſtenſionis [a] etc. neque per impedimentum datum ne adeant ſuam Diœceſim, Terras etc.ſed aliam excommunicationem, [b] quia impedire non eſt eiicere vt ex verbis bullæ patet,

a cap.felicis de pœn. in.6.

b extrau. ſuper gentes Io:22.

DVODECIMVS CASVS.

Contra percutientes aut ſpoliantes eos, qui in Romana curia cauſas agunt, occaſione earundem cauſarum.

DVodecima excommunicatio eſt; primo contra eos qui occaſione cauſarum, vel negotiorum accidunt, ſeu quoquomodo purcutiunt, aut bonis ſpoliant per ſe, vel per alios, quemcumque Eccleſiaſticum, vel ſecularem ſuper eius

cauſis & negotiis recurrentem, ac illa in eadem curia proſequentem, aut procurantem, negotiorumque geſtores Aduocatos Procuratores et Agentes ſeu etiam Auditores vel Iudices ſuper dictis cauſis, vel negotiis deputatos: 2. contra eos, qui per ſe vel alios directe, vel indirecte delicta huiuſmodi committere exequi, vel procurare, aut in eiſdem auxilium, conſilium, vel fauorem præſtant. circa quam. Nota primo hanc cenſuram quoad perſonas eſſe vniuerſalem, ſed quoad actiones eſſe iam numeratas, quę non indigent declaratione; Nota 2. nō puniri has actiones quacunque ratione fiant contra has perſonas, ſed ſolum ſi fiāt occaſione cauſarum, aut negotiorum huiuſmodi; Vnde non incurrunt hanc cenſuram qui aliquā ex litis actionibus commitunt contra dictas perſonas ex aliqua alia cauſa, quàm ex dictis: Nota 3. hanc cenſuram extendi etiam ad omnes perſonas quæ quouis modo cooperantur, vel concurrunt ad prędictas actiones. & qui mutilāt &c. Agētes & procurantes eiusmodi negotia, et cauſas, cōmorantes in Romana curia duplici excōmunicatione ligari hac et ſuperiori in caſu 9. vndè duplici abſolutione in digent, vel vna duas coplectente[a]. etc.

[a] Suar. diſp. 21. ſect. 2. nu. 73.

DECI-

DECIMVSTERTIVS CASVS.

Contra apppellantes ad laicam poteſtatem in cauſis eccleſiaſticis ad impediendam executionem literarum Apoſtolicarum.

DEcima tertia excommunicatio continet tres partes prima fertur contra omnes laicos, et eccleſiaſticos, qui prætexentes ſcienter friuolam appellationem à grauamine vel futura executione literarum Apoſtolicarum etiam in forma breuis gratiam, vel iuſtitiam concernentium recurrunt ad laicas poteſtates: 2. contra ipſos Magiſtratus qui directe vel indirecte prohibent ne præfatæ literæ executioni mandẽtur, ſiue ſimpliciter, ſiue ſine eorum beneplacito, aut examine. 3. contra eos, qui ſcienter prohibent etiam accedentes ad romanam curiã pro eorum negotiis proſequendis, vel gratiis aut literis impetrandis, vel ſcienter prohibent, aut mandant, ne quis recurſum habeat ad romanam curiam retinentes apud ſe, vel apud Notarios literas, aut quomodolibet impedientes. Circa pri-

mam partem notandum eſt primo in hãc cenſuram incurrere primo omnes cuiuſcunque dignitatis,qui appellant prætextu friuolæ appellationis.2.qui admitti faciunt eiuſmodi appellationes etiam inſtante procuratore, et Aduocato fiſci: 3. qui faciunt capi literas apoſtolicas per laicam poteſtatem:4. qui faciunt ab eiſdem eas detineri,ſecus ſi vere ad ſui defenſionem contra iniuriam ſibi illatam, vel timeatur grauamen irrefragabile ſibi inferendum, appellant; quod contingere poteſt in partibus longinquis, [a] e quibus cõmode recurſus haberi non poſſit ad ſummum Pontificem,vel ad alium eccleſiaſticum Prælatum,vt in locis hæreticorum, infidelium,et ſimilium.tunc enim neceſſitas,non habet legẽ,et fieri poteſt id quod ratio ipſa præſcribit.b

a Graff.loc.cit. n.119.

b Azor. tom.1. l.5.c.17. q.2.

Notandum 2.hic prohiberi non ſolum à dictis literis apoſtolicis appellari, verũ etiam à citationibus, inhibitionibus, ſequeſtris, monitoriis, proceſſibus executorialibus, aliiſque decretis ipſius Papæ,et ſedis apoſtolicæ,eiuſq; legatorum, officialium, oridinariorum vel delegatorum.

Notandum 3. hanc cenſuram habere locum in cauſis tam eccleſiaſticis quam

pro-

prophanis, ſi per appellationem vel ſupplicationem aut per aliam rationem recurratur ad Iudices laicos, ſecus ſi appellatio fiat ab Eccleſiaſticis ad Iudicem eccleſiaſticum vel à laicis Iudicibus ad eccleſiaſticos.

Circa ſecundam partem Notandum eſt primo Magiſtratibus has actiones prohiberi primo impedire, ſeu prohibere quocunque modo exequutionem literarum apoſtolicarum: 2. impedire ſeu prohibere ſuper exequutionem earundem confici inſtrumenta, vel acta, aut confecta tradi parti cuius intereſt. 3. capere, percutere, vulnerare, carcerare, detinere, eiicere è ciuitate, vel Regno eos, qui incumbunt ad eiuſmodi exequutionem, vel bonis mobilibus, aut immobilibus ſpoliare, grauiter perterrefacere metum inferendo nomine dicti magiſtratus etc. quas actiones ſiue per ſe, ſiue per alios publice vel occulte qui faciunt incurrunt hanc excommunicationem.

Notandum 2. perſonas, quæ aliquo ex dictis modis offendi prohibentur, has eſſe, primo partes actrices, eorumque conſanguineos. 2. Agentes earum: 3. Notarios: 4. executores: 5. ſub exequutores literarum apoſtolicarum.

Notandum 3. per Magiſtratus intelligi officiales omnes tam laicos quam eccleſiaſticos priuata vel publica auctoritate impedientes, ne exequutioni mandentur dictæ literæ, quia ſimpliciter ita volunt vel quia requiritur beneplacitum, aſſenſus, aut examen earum [c] ſiue id fiat expreſſe, ſiue tacitè, non permittendo exequutores ingredi in ſuas terras, aut à quoquam recipi ne citationes, monitoria etc. executioni mandẽtur, vel de mandato alicuius Principis, niſi ſciant de hac re Principem habere priuilegium à Papa; idẽ dicendum cenſeo de impedientibus literarum Apoſtolicarum executionem, in quibus expreſſe derogatum fuit iuripatronatus laicorum, prætextu friuolæ appellationis, ſecus ſi expreſſe non conſtat in dictis literis de dicta derogatione, quia tunc tamquam ſubreptitiæ haberi poſſunt, vnde licebit appellare ad ſummum Pontificem, et interim ſuſpendere earum exequutionem: idem dic de penſionibus ſoluendis externis, quia cauſa eſt ſpiritualis, etc.

c Nau. c. 27. nu. 60.

Circa 3. partem Notandum eſt primo facientes ſcienter aliquam ex dictis actionibus, incurrere in hanc cenſuram, ſecus autem ex ignorantia, modo non ſit craſ-

ſa,

ſa, vel ex ſimplicitate, aut ex inaduertentia.

Notandum 2. hanc excommunicationem. incurrere omnes tam laicos, quam eccleſiaſticos impedientes acceſſum vel recurſum ad ſedem apoſtolicã, ſiue generali edicto, ſiue mandando alicui, ne ad curiam accedat pro quouis negotio, gratia, aut iniuria ſibi illata, idque ſiue ſiat directe mandando ſimpliciter, ſiue indirecte curando vt moueatur ei lis in loco aut iubendo aliquid ob quod non poſſit accedere.

Notandum 3. eadem cenſuram incurrere eos, qui præſumunt impedire nequis à ſede Apoſtolica literas prædictas, vel gratias, impetret, vel ne impetratis vtatur, vel quoquomodo eas per ſe, vel per alium retineant, ſecus ſi ob aliam cauſam impediunt dictum aceſsum, ſeu recurſum.

DE-

DECIMVSQVARTVS CASVS.

Contra eos, qui cauſas ſpirituales prætextu litterarum Apoſtolicarum ad ſe aduocant, vt illarum exequutionem impediant.

DEcimaquarta excommunicatio fertur contra eos, qui ad ſe aduocant cauſas ſpirituales prætextu litterarum apoſtolicarum, et ita impediunt exequutionem aliarum litterarum, quibus parendum eſſet.

Hæc excommunicatio quoad perſonas eſt primo contra quoſcunque laicos, et eccleſiaſticos, qui per ſe, vel aliū, quouis prætextu, auctoritate propria, uel de facto auocant cauſas ſpirituales, ut ſacramentorum omnium beneficiales, decimales, iurium conferendi, eligendi, præſentandi, et inſtituendi ad beneficia, et cenſurarum eccleſiaſticarum, vel ſpiritualibus annexas vt iuriſpatronatus, et quaſcunque alias cauſas tangentes res ſpirituales: 2. contra eos præſertim expreſſos in hoc caſu contra Præſidentes Cancellariorum, conſiliorum, et parlamentorū 3. contra Cancellarios: 4. contra Vice cā-

cella-

cellarios: 5. contra cōſiliarios tam ordinarios, quàm extra ordinarios quorūcūque Principium ſecularium quauis etiam Imperiali et Regali dignitate fulgentium: 6. contra Archiepiſcopos: 7. contra Epiſcopos: 8. contra Abbates: 9. contra Commendatarios: 10. contra Vicarios auocantes etiam aut impedientes curſum dictarum cauſarum, ab Auditoribus Romanæ Curiæ Commiſſariis apoſtolicis, aliiſue Iudicibus eccleſiaſticis.

Quoad actiones, hæ præſertim prohibētur primo, auocare prędictas cauſas: 2. impedire curſum earundem, et perſonas vel capitula, quæ volunt eas proſequi: 3. interponere ſe tanquàm Iudices earum: 4. compellere partes actrices, quæ committi fecerunt ad cauſas, et ad reuocandas citationes, inhibitiones, et alias literas decretas in eiusmodi cauſis: 5. cōpellere eaſdē partes ad faciendū illos abſolui à cēſuris, contra quos manarunt tales prohibitiones: 6. impedire exequutionem literarum apoſtolicarum exequutorialiū, proceſſuum, decretorum quomodolibet: 7. præſtare ad hæc fauorem, conſilium, & aſſenſum. Hinc.

Notandum eſt primo verba il 'a 'a 1 cto ritate propria) intelligi auctoritatem lai

cam

cam & eccleſiaſticam, ita vt qui tali au-ctoritate iudiciaria hoc faciunt prætextu literarum Apoſtolicarum ſine licentia Papæ incurrunt hanc cenſuram, modo, tales gratias aut literas nullas eſſe falſo con fingant.

Suar.loc.cit.nu. 75.

Notandum 2.hanc cenſuram ligare,& laicas & eccleſiaſticas perſonas, quæ talia præſumunt alia auctoritate,quam eccleſiaſtica contra libertatem eccleſiaſticam,et contra tenorem huius bullæ;idem dicendum eſt de comittentibus hoc munus prohibendis compellendi, et ſimilia faciendi per ſtatuta vel per mandata.

DECIMVSQVINTVS CASVS.

Contra perſonas ſeculares trahentes ad ſua Tribunalia perſonas eccleſiaſticas.

Decimaquinta excommunicatio con tinet duas partes,quarum prior eſt contra offendentes perſonas vel commu nitates eccleſiaſticas, non quouis genere offenſionis,ſed per abuſum officii,ſeu iuriſdictionis temporalis,eas trahendo,vel trahi faciendo ad Tribunalia ſecularia. Altera vero eſt contra offendentes libertatem

tatem et iura eccleſiaſtica per ſtatuta illis quouis modo contraria, et quocunq. colore edita etiam titulo conſuetudinis priuilegii, etc.

Circa primam partem notandum eſt primo hanc cenſuram comprehendere eos, qui iudiciaria auctoritate laica hoc modo directe abutuntus in perſonas eccleſiaſticas, vel indirecte quod facile cognoſcitur quando ex intentione, et occaſione vocădi appareat finis trahendi perſonas eccleſiaſticas, vt ſi vexant, et moleſtia afficiunt conſanguineos, vel colonos perſonæ eccleſiaſticæ, qua occaſione cogitur eccleſiaſticus inuitus adire Iudicem laicum, vel idem etiam non iuridicè, ſed priuatim vocatus, vnde etiam inuitus cogitur comparere, et reddere rationem ſuarum actionum, etc. præter iuris canonici diſpoſitionem: Hinc aduerte non quamcunque actionem, vocationem, ſed illam, quæ eſt contra ſacros canones, eſſe hic ſub cenſura prohibitam.

Circa ſecundam partem Notandum eſt primo hanc cenſuram comprehendere offendentes libertatem, et iura eccleſiaſtica per ſtatuta ordinationes, etc. quæ prætextu conſuetudinis iam introductæ talia condita fuerunt contra dictam eccleſiæ

cleſiæ libertatem. 2. Notandum eſt perſonas offendentes eſse primo Auctores, ſeu conditores talium ſtatutorum 2. Poteſtates, Conſules, Rectores & Conſiliarios locorum et ſimiles, qui præſumunt iudicare ſecundum ea, vel in publicam formam ſcribere iudicata: 3. ſcriptores talium ſtatutorum: 4. eiſdẽ vtentes vt sũt Iudices, Notarii, & ſimiles: 5. omnes tandem perſonas quæ poſitiuè concurrunt ad illorum obſeruantiam, nedum facientes, ordinantes & publicantes.[a]

[a] Suar. loc. cit. nu. 77. & ſeqq.

DECIMVSSEXTVS CASVS.

Contra impedientes Prælatos eccleſiaſticos ne ſua iuriſdictione vtantur.

DEcimaſexta excommunicatio fertur primo contra eos, qui Prælatos, ſeu Iudices ordinarios impediunt, quominus ſua iuriſdictione contra quoſcunque vtantur. 2. contra omnes, qui poſt ſententias et decreta ordinariorum vel delegatorum, ad curias ſeculares recurrunt, & ab illis prohibitiones, et mandata etiam pœnalia ordinariis, et delegatis prędictis decerni, et contra illos exequi procurant: 3. contra eos etiam qui hæc decernunt,

& exequuntur ſeu dant conſilium, patrocinium, vel fauorem in eiſdem.

Hinc Nota circa primam partem, quodcunque impedimentum illatum directe ordinariis Iudicibus & Prælatis, de quibus tantum mentio fit, vel indirecte eorum conſanguineis, familiaribus et ſim. inducere hanc cenſuram; ſiue Principes, Magiſtratus etc. ſint qui impediunt in vſu ſuæ iuriſdictionis ſiue alii quicunque. [a]

Circa ſecundam Nota omnes recurrentes ad curias ſeculares & procurantes inhibitiones etc. effectus ſequuto, incurrere hanc cenſuram; quod idem dic de Prelatis ipſis tàm ordinariis, quàm delegatis, qui pro confirmatione ſuarum ſẽtentiarum recurrunt ad ſeculares Iudices ligantur hac cenſura.

[a] Viuald. in hoc caſu 16. per tot.

Circa tertiam idem iudica. De iis, qui decernunt cõtra tales eccleſiaſticos eiuſmodi mandata, quamuis exequutioni nõ mandẽtur; et de ſatellitibus, qui dicta mãdata exequũtur; et de dantibus in his aux. conſ. etc. ſequuto effectu.

Per Prælatos hic intellige etiam Cardinales reſpectu ſuorum titulorum, Patriarchas, Arciepiſcopos, Epiſcopos, Legatos à latere, Nuntios, Vicarios epiſcoporum,

rum, Abbates, Generales, et Prouinciales ordinum religioſorum.

DECIMVSSEPTIMVS CASVS

Contra vſurpantes iuriſdictionem, aut fructus pertinentes ad perſonas eccleſiaſticas ratione beneficiorum.

DEcima ſeptima excommunicatio fertur primo contra eos, qui etiam ad defenſionem immunitatis eccleſiaſticæ vſurpãt iuriſdictiones, redditus et prouentus ad Sedem Apoſtolicam, et quaſcunq; eccleſiaſticas perſonas ratione Eccleſiarum Monaſteriorum, aliorumque beneficiorum eccleſiaſticorum pertinentes: 2. contra eos etiam, qui quauis occaſione vel cauſa ſine Romani Pontificis, vel eorum, ad quos de iure pertinent expreſſa licentia ſequeſtrant.

Circa quam Nota iuriſdictionem eccleſiaſticam, vel etiam temporalem ad eccleſiam, ſeu beneficium eccleſiaſticum competentem, inter fructus, vel prouentus computari; Hinc nota primo ſi Epiſcopus, nedum alii, ratione Epiſcopatus ſit etiam Dominus temporalis, iuriſdictionem

nem habens temporalem, qui eam vſurpauerit, in hanc cenſuram incidet; idem eſt de alijs fructibus, ſeu prouentibus.[a] 2. Nota ad incurrendam hanc cenſuram requiri, vt fructus, eccleſiaſtici & prouentus, vſurpentur & vt fructus, & vt prouentus, ideſt quando vſurpatur ius ad ipſos prouentus, ſeu quando quis accipit eos tamquam ad ſe pertinentes; ratione beneficij eccleſiaſtici.

a Caiet. c. 27. Nau. c. 27. n. 17. & conſil. 2. de immun. eccleſ.

Vnde qui per furtũ, rapinam, vel alio titulo huiuſmodi fructus arripiunt, non vt prouentus formaliter, ſed vt ſunt, quęcunque aliæ res non incurrunt hanc cenſuram, neque qui eos per ſe vel alios, vſurpant bona Montis Pietatis, ſed aliã excommunicationem Papæ reſeruatã.[b]

b Conc. Trid. ſeſſ. 22. c. fin.

Nota 3. ſequeſtrare hic non eſſe vſurpare ſed impedire, vnde qui per vſurpatam iuriſdictionem ſequeſtrat ideſt impedit, aut ſeparatim reponit, ne huiuſmodi fructus ad eccleſiaſticas perſonas proueniant, incurrit hanc cenſuram.[c]

c Suar. diſp. 22 ſect. 2. n. 98.

D DE-

DECIMVSOCTAVVS CASVS.

Contra imponentes aut recipientes decimas, aut alia onera perſonis Eccleſiaſticis abſque Papa licentia.

DEcima octaua excommunicatio ſertur primo contra eos, qui collectas, decimas, & ſimilia onera eccleſiaſticis perſonis & bonis eccleſiarum monaſteriorum & aliorum beneficiorum eccleſiaſticorum, eorumque fructibus &c. ſine Speciali, & expreſſa licentia Summi Pontificis imponunt, aut ſic impoſita etiam à ſponte dantibus, & concedentibus recipiunt; 2. contra omnes cuiuſcunque dignitatis, conditionis, &c. qui dant in his auxilium conſilium &c. Quæ verba licet non indigeant declaratione, nota tamen hanc cenſuram incurri, ſiue impoſitio & exactio fiat per modum ſtatuti, ſiue præcepti, aut per violentiã, aut alia quacunque ratione; quæ cenſura extenditur ad accipientes etiã à ſpõte dantibus hoc titulo, quia hęc eſt ſufficiẽs vis aut coactio & ad aux. &c. dantes. Nota etiam id eſſe intelligẽdum de tributis, aut exactionib. quæ imponũtur in perſonis, vel in bonis eccle-

eccleſiaſticis ; Nam ſi eccleſiaſtici habeant bona temporalia, ratione quorum aliqua tributa, vel onera debent, non eſt hic prohibitum ille exigere.[a]

a.Nau.c.27.nu. 115.Viuald.caſ. 18.nu.2.& 3.

DECIMVSNONVS CASVS.

Eſt Contra ſe interponentes in cauſis capitalibus contra perſonas eccleſiaſticas.

DEcimanona excommunicatio fertur contra omnes Magiſtratus, Iudices, Notarios, ſcribas exequutores, et ſub executores quomodolibet ſe in cauſis criminalibus interponentes contra perſonas Eccleſiaſticas, illas proceſſādo, bāniēdo, capiēdo, ſeu ſententias cōtra illas proferendo, vel exequendo ſine ſpeciali ſpecifica, et expreſſa licentia Papæ etiamſi talia committentes fuerint Conſiliarii, Senatores, etc. et quocunq; nomine nuncupati neq; hæc verba indigent expoſitione quia per ſe clariora ſunt; Vnum tantum nota per eiuſmodi verba reuocari omnia priuilegia Regibus, Potentatibus, aut Rebus publicis conceſſa, quæ huic prohibitioni fuerint contraria.[a]

a Suar. loc. cit.

XX. CASVS.

Eſt contra deſtruentes, inuadentes, occupantes &c. Terras Romanæ eccleſiæ ſubiectas.

Vigeſima excommunicatio fertur 1. contra omnes, qui per ſe vel per alios directe, vel indirecte ſub quocunque titulo, vel colore inuadere, deſtruere, occupare aut detinere prȩſumunt in totum vel in partem almam Vrbem, regn um Siciliæ, inſulas ſardiniæ, corſiue etc. ſeu alia loca dictæ Romanæ Eccleſiæ mediate vel immediate ſubiecta, vel iuriſdictionem eidem Eccleſiæ Romanæ competentem de facto vſurpare, perturbare, retinere, et variis modis vexare præſumunt: 2. contra adhærentes, factores, & defenſores eorũ, ſeu aux. conſ. vel fau. quomodolibet præſtantes.

Hinc nota quacunq; ratione aliqua ex his actionibus contra iuſtitiam fiat, ſufficere ad hanc cenſuram incurrendam, niſi bona fide, & probabili titulo iuxta Doctorum iudicium aliquid huiuſmodi fiat; quia non poteſt excommunicatio ferri, vbi non eſt culpa.

Nota

Nota etiam quod quando in ciuitatibus Papæ ſunt duæ partes, quarum altera extra exiſtens, hoſtiliter inuadit ciuitatem, quamuis non intendat eam à dominio Papæ ſubtrahere, neq; lædere ius eccleſiæ, ſed ibi principatum obtinere, tamen hanc cenſuram incurrere Duces et milites talis partis, quia ſimpliciter ciuitatem hoſtiliter inuadunt.

Nota 3. hanc etiam cenſuram incurrere primo, ſcienter detinentes locum à parente occupatum: 2. vſurpantes de facto directum dominium illius loci, in quo vtile tantum dominium habent; vel ſi neutrum habeat dominium, vtile vſurpant &c. Suar. loc. cit. n. 105.

De abſolutione Cenſurę huius Bullę.

NEmo extra mortis articulum, niſi Romanus Pontifex poteſt à pręedictis cenſuris abſoluere: neque etiam tunc, niſi præmiſſa cautione de ſtando eccleſiæ mandatis, & ſatisfaciendo; quæ cautio an pręcedere debeat realis vel pignoratitia fideiuſſoria aut ſaltem iuratoria: arbitrio prudentis relinquitur in mortis enim articulo non eſt ſatisfactio exigenda, ſed cautio de ſatisfaciendo quæ ad præ-

ſtandam abſolutionem ſatis eſt.hinc

Notandum eſt primo actualem ſeu realem ſatisfactionem præuiam, eſſe neceſſariam, ſi ſtatim, et ſine vlla difficultate à pœnitente poteſt exhiberi, & ideo in ſimili caſu miniſter, vt fideliter ſuo munere fungatur, debet eam exigere, vel ſaltem procurare cautionem fideiuſſoriam ſecuriſſimam, quantum moraliter potuerit.

Caiet. cap. 77. Nau. c. 77. nu. 47.& 48.

Notandum 2.extra d. articulum præter Romanum Pontificem poſſe etiam miniſtrum ſeu Delegatum Sũmi Pontificis ad hunc effectum ab abſoluere ab his cenſuris ſi eis expreſſa, & ſpecifica ſit facultas abſoluendi à caſibus bullæ, aliàs nequaquam;neq;Epiſcopi virtute Conc. Trid.vel alii per adultum generale abſoluendi à caſibus Papæ reſeruatis, poſſunt ab his Bullæ caſibus abſoluere.

Notandum 3.ſacerdotes præſumentes à caſibus bullæ aliquem abſoluere ſine legitimà facultate incurrere excommunicationem Papæ reſeruatam, et confeſſionem eſſe nullam per decretum congreg. relatum à Quaranta verb. caſus. fol. 162.

Anno-

Annotationes in Cenſuras in genere, & ſimul in excommunicationes in Specie.

CEnſura vt communiter in iure, & in Bullis Pontificiis ſumitur, eſt pœna medicinalis directe priuans vſu bonorum ſpiritualium et indirecte temporalium in ordine ad ſpiritualia, per Poteſtatem Eccleſiaſticam impoſita. Ad incurrẽdam hanc pœnam requiritur culpa non quæcunq; ſed mortalis exteriori opere commiſſa.

Cenſura enim nunquam imponitur niſi propter peccatum externum procedens ex actu interno malo, [a] & in genere ſuo graui et completo; [b] ſed quoniam hęc pœna eſt medicinalis, non videtur eſſe perpetua, ſed datur ad remedium, & morum, correptionem, quia per eam, non tam quæritur punitio peccati, quam emendatio peccatoris, ideoque tolli debet eo emendato. [c]

Eiuſmodi cenſura nulla ratione ferri poteſt per Poteſtatem laicam ſed eccleſiaſticam, imo eſt de fide in eccleſia eſſe poteſtatem ferendi cenſuras. [d]

a Clem. multorum de hæret.
b Suar. diſp. 4. ſect. 3. num. 4. Auil. 2. par. c. 5. diſp. 3. dub. 5.

c c. 1. de ſent. exc. in 6. & c. ex literis de cõſt.
d Concil. conſtant. ſeſſ. 8. errore 30. & ſeſſ. 15. errore 19.

Quam poteſtatem iure ordinario habent primo Pontifex Romanus in omnes fideles: 2. Cardinales in eccleſia ſui tituli: 3. Archiepiſcopi in proprios, non in ſuffraganeorum ſubditos niſi in viſitatione, aut in cauſa ſibi deuoluta; [e] 4. Epiſcopi in ſuos ſubditos. 5. eorum Vicarii [f] 6. capitulum ſede Epiſcopali vacante, eiuſque Vicarius: 7. Nuntii Pontificis in omnes illius prouinciç, ad quam legati ſuut [h] 8. Abbates exempti habentes iuriſdictiones, in ſuos: 9. Conc. generalia in vniuerſum orbem, & prouincialia in ſua prouincia. x. ex priuilegio etiam Generales et prouinciales ordinum in ſuos ſubditos vbiuis terrarum delinquentes, quia eorum iuriſdictio nullis finitur locis vt Epiſcoporum; eamdem autem poteſtatem iure delegato habent omnes clerici, quibus commiſſa eſt ab aliquo ex ſupradictis talis poteſtas. [i]

e c. venerabilibus de ſent. exc. in 6.
f. c. 2. de cõſu. in 6.
g cap. vnic. de maior. in 6.
h c. 2. de off. leg. in 6.

i Coink de cenſ. diſp. 13. dub. 4. nu. 31. vt dub. 7. num. 64.

Perſonæ, quæ cenſuris ligari poſſunt, ſunt omnes capaces præcepti Eccleſiaſtici, hinc fit vt non comprehendantur primo mortui, 2. non baptizati, 3. Papa, 4. Pueri ante rationis vſum: 5. perpetuo amentes, 6. beſtiæ, quę omnino rationis expertes. Baptizati igitur vſum habentes rationis, capaces Eccleſiaſtici præcepti ſub dun-

duntur cenſuris. Quare.

Notandum eſt primo per cenſuram latam contra committentes crimen aliquod, ſiue per ſtatutum, ſiue per ſentẽtiam generalem ligari tam ſubditos, omnes, quam peregrinos, patrantes tale prohibitum crimen: differt tamen ſtatutum à ſẽtentia generali primo quia ſtatutum perpetuo durat, niſi alio abrogetur ſtatuto, & ligat omnes in loco ſibi ſubiecto exiſtentes tàm ſubditos, quam peregrinos ibi morantes per aliquod notabile tempus ideſt per magnam anni partem;[a] 2. ligat ſubditos in alieno territorio delinquẽtes, v.g. extat ſtatutum contra Parochos, vt qui per duos menſes non reſident ſine iuſta cauſa ſint tali cenſura ipſo facto ligati; qui igitur faciunt contra hoc ſtatutum, ſtatim ligantur illa cenſura, quia etſi corporaliter extra Diœceſim, et territorium manent, extra quam deliquentes, nulla poſſunt cenſura ligari, tamen rationẽ delicti in ordine ad coerctionẽ, cẽſentur in ea delinquere, & ibi manere, & hoc modo ligari poſsũt cẽſurę extra eã delinquẽtes.

[a] Suarez. diſp. 5. ſect. 5. n. 10. & 13.

Sententia vero generalis non eſt ita, primo quia huiuſmodi ſententia perpetuo non durat, ſed tantum ad tempus, durante ſcilicet Vita eam ferentis niſi etiam

antea,

antea,fuerit ab eodem abrogata: 2.ſententia reſpicit non locum, vt ſtatutum, ſed perſonas tantum ſubiectas, & peregrinos in ſua Dœceſi delinquentes, qui vel ibi magna anni parte morantur, vel poſt delictum in territorio patratum licet ex eo egrediantur, poſſunt tamen cenſura ligari, ſi fuerint ante egreſſionem legitime citati aliis non, et ita de ſimilibus. b

b. Auil. 2. p. c. 3. diſp. 2. dub. 3. Suar. loc. cit. 2. 53.

Notandum 2. cenſuram latam per ſententiam particularem reſpicientem tantum determinatum factum ligare ſolum ſubditos, non autem peregrinos, v.g. extat ſententia particularis vt quicunque ſciuerint eos, qui tale furtum commiſerint teneantur ſub pœna excommunicationis reuelare: hæc ſententia habet locũ dumtaxat in ſubditis, non in peregrinis, qui poſt talem ſententiam venerunt ibi ad perpetuo habitandum, nam quamuis ſciant illos fures & non eos reuelent, non tamen ligantur illa cenſura; quod ſecus eſſet, ſi ante ſententiam latam ibi habitatum venerint. c

c Coink. decẽſ. diſp. 13. dub. 7. nu. 60.

Notandum eſt tertio, in ferenda cenſura per ſententiam particularem non autem generalem, in contumaciam eius qui poſt commiſſum, delictum perſeuerat in eo, debere præcedere ca-

Digitized by Google

nonicam monitionem ſcripto ſub comminatione cenſuræ, et cum expreſſione cauſæ ob quam fertur. d

d c. 1. de ſent. exc. in .d.21.q. 1. a. 2. concl. 4.

Notandum 4. cenſuram ferri non poſſe ob peccatum contra ius naturale ſolum, vel diuinum, ſed neceſſe eſt eam ferri ob aliquod peccatum commiſſum, vel committendum, etiam aliquomodo contra Eccleſiam, vt ob peccatum in obedientię aut contumaciæ ſpernendo eius præceptum vel monitionem,[c] ſi contumacia aut inobedientia contra præceptum Eccleſię habeat annexam cenſuram latam, vel ferendam, quia contemnit claues Eccleſiæ, ſecus ſi quis tranſgreditur præceptum Eccleſiæ obligans ſimpliciter ad peccatum mortale:

c Coink. loc. cit. dub. 8. n. 73.

Notandum 5. á cenſura ſiue á iure, ſiue ab homine impoſita, eos excuſari qui inuincibiliter eam ignorant, licet ſciant factum eſſe malum iure diuino, naturali, vel etiam Eccleſiaſtico, quia etſi quis poteſt obligari ad pœnam legis, quamuis eam ignoret, tamen quia cenſura eſt pœna grauiſſima non fertur niſi in eos, qui ſunt perfecte contumaces, et inobedientes, vnde qui inuincibiliter ignorat eccleſiæ prohibitionem, non dicitur illi in obediens, vel contumax, quamuis ſit Deo alias in obediens,

d. Nau. c. 27. n. 274. Auil. 2. p. c. 5. d. 1. dub. 6. & d. 5. dub. 7.

diens,ergo etc. & hæc de cenſuris in cõmuni, nunc dicendum in ſpecie, & primum de excom. [e]

e Coink loc. cit.

Excommunicatio eſt cenſura eccleſiaſticaqua homo chriſtianus à fidelium cõmunione ſeparatur,quaſi a communione bonorum omnium ſeparatio, vt ab hominum exteriori conuerſatione,Sacramentorum participatione, Suffragiorum Eccleſiæ, & publicarum orationum. [a]

a Tol.l.1.c.5.

Excommunicatio lata à iure nulla indiget monitione,quia ſatis iuris probatio,[b] et prohibitio manifeſta; ſed tantum lata ab homine, aliàs eſt nulla. [c]

b. c. pen. de ſent. exc.

c Abb. in cap. peruenit nu.5. de appell.

Hinc nota 1.excõicatum tã à iure quã quam ab homine non poſſe ſacramenta ſuſcipere,neq;adminiſtrare ſi eſt clericu, ſiue ſit toleratus,ſiue non quoad ſe,nam quoad alios non põt ea adminiſtrare ſi eſt nõ toleratus,vt ſi eſt publicus clerici percuſſor, vel per ſchedulas loco publico affixas nominatim excommunicatus,aut per denuntiationem publice nominatim factam;à quo tunc non licet accipere Sacramenta niſi baptiſmi,& pœnitentię in articulo mortis,& debet vitari tam in Sacris, quam in prophanis. [d]

d.Nau.c. 27. n. 272.& auil.2. p. c.6 d 3.dub. 2. concl.3.& 4.

Notandum eſt 2. ab excommmunicatione iuris nemini reſeruata poteſt etiam

tiam Sacerdos facultatem habens abſoluere nedum Prælati regulares & ſeculares habentes iuriſdictionem ordinariam, vel quaſi Epiſcopalem vt ex multis aſſerit Auil.loc.cit. Ab homine verò lata excommunicatio tolli poteſt ab eo, qui eam tulit, vel ſucceſſore ſuperiore, vel Delegato. e cap. 7. diſp. 1. dub. 4.

Sed ab excōmunicatione iuris reſeruata ille poteſt abſoluere, cui reſeruatur; vel eius ſuperior ſucceſſor aut delegatus ab ipſis.

Notandum 3. Epiſcopum poſſe ab excommunicationibus Papæ reſeruatis etiam in Bulla cœnæ abſoluere eum, qui ex legitima cauſa non poteſt Summum Pontificem adire, [f] excepta excommunicatione ex hæreſi proueniente, vt declarauit congreg. Cardinalium, niſi id ſpecialiter fuerit conceſſum à Papa per Bullas aut priuilegia, & is qui ob legitimum impedimentum fuit abſolutus, tenetur per ſe vel per procuratorem præſentare ſe dicto Romano Pontifici vt dictum eſt [g] quæ ſint legitima impedimenta, conſule Auilam loc. cit.

f Auil. loc. cit. dub. 6.

g Coink d. 1. dub. 16. n. 142. & Nau. c. 27. n. 275.

Cathalogus Excommunicationum extra Bullam Capitulum primum contra Prælatos.

Prima excommunicatio eſt cõtra Cardinales, qui procurantes Sede vacãte per ſimoniam eligi Summum Pontificem, contraueniunt iis, quæ ordinata ſunt in conſt. cum tam diuino Iulii Secundi, vt habetur in Concilio Lateranenſi ſub Leone X. ſeſſ. 5. & reſeruatur Papæ.

Actiones Cardinalibus prohibitæ ſub hac cenſura per dictum concilium, ſunt primam præſumere venire contra ſtatuta in d. conſtit. Iulii 2. vel aliquod eorum ſtatuere: 2. diſponere, 3. ordinare, vel aliquo modo facere ſeu attentare quocunq; colore, vel cauſa.

Hinc nota primo hanc cenſuram incurrere Cardinales hæc facientes tempore vacantis ſedis; [a] vnde ſi viuente Pontifice hæc fiant, vel Sede etiam vacante ſed non per ſimoniam, non eſt locus huic cenſuræ, ſed aliæ, de qua vide Caiet.[b] Nau. c. 27. n. 111. & Sayr.

Nota 2. in electione Summi Pontificis per d. conſtit. Iul. 2. prohiberi Cardinalib. vo-

[a] Suarez. diſp. 22. ſect. 6. n. 2.

[b] Caiet. c. 24.

votum ſuum per ſimoniã quomodocunque commiſſam dando vel recipiẽdo pecunias aut alia bona &c.atque adeo electio ſic celebrata eſt nulla, & nullam tribuit ſic electo facultatem adminiſtrandi in ſpiritualibus & temporalibus. [a]

Secunda excom. eſt contra Cardin. qui exiſtẽte ſpeciali Papæ prçcepto ne de actis in ſecreto Conſiſtorio reuelẽt ſi ea nihilominus verbo ſcripto, aut alio quouis modo reuelant,& reſeruatur Papæ.[b] Nota ad incurrendã hanc cenſurã requiri copulatiue expreſſum Papæ præceptũ,& ipſammet reuelationem.Caiet.in ſummario exc.[c] dubitat an hæc cenſura, & aliæ ſub Leone[d] emanatæ ſint vſu receptæ.

Tertia excomm.eſt primo contra Card. ambientes Papatum, vel eo viuente, & inconſulto tractantes de futuro Papa eligendo:2. contra eorum complices & fautores & reſeruatur Papæ. [e]

Hæc cenſura comprehẽdit tam clericos omnes, & laicos vtriuſq; ſexus quomodocumque per ſe vel alios in hoc viuente Papa peccantes, quàm quoſcunque alios dignitate præditos vtriuſque etiam ſexus aux. conſ.fau. ſeu operam præſtantes,verbo,ſcriptis,&c.ac etiã Mediatores in præmiſſis, proxenetas, Nuncios &c. Secus ſi præmiſſa Papæ cum primum potuerint,

reue-

a Vide d. conſtitut.

b Conc. Lateran. ſub Leone X. ſeſſ.9.

c c.5o.§. præter has in fin.

d In d.Concil. Lateran.

e Extrau. 38. cum ſecundũ Paul.IV.

reuelauerint, vel cui Papa hæc reuelanda commiſiſſet. [a]

a Extrau. tua nos Greg. XIV

Quarta excomm. eſt contra omnes cuiuſcunque eccleſiaſticæ, & laicæ dignitatis ſimoniam committentes, procurantes, aut Mediatores exiſtẽtes & reſeruatur Papæ. [b] Vnde comprehendit hæc cenſura Cardinales, Reges &c. & prohibet dare, recipere, intercedere, & procurare huiuſmodi contractum per ſimoniam realem etiam occultiſſimam pro ordine, & beneficio conferendo, quæ ligat ſequuto effectu. [c]

b Extrau. 2. cũ deteſtabile de ſimon.

c Suar. diſp. 22 ſect. 5. nu. 22. & ſeqq.

Quinta excõmunicatio eſt contra Epiſcopos, aliosq; beneficiorum collatores, qui poſt contractam ſuſpenſionem ob indebitam admiſſionem reſignationis beneficij extra ſcilicet caſus deſignatos, & contra formam præſciptam a Pio Quinto, exercere attentauerint actus ipſos conferendi beneficia, vel officia Eccleſiaſtica, & reſeruatur Papæ. [d] Vbi nota excommunicationem non imponi ob violationem ſuſpenſionis, ſed quando ſuſpenſio eſt contracta ob tale delictum conferendi alia beneficia, ſeu officia eccleſiaſtica. [e]

d Extrau. 58. quanta Eccleſia Dei Pij V.

e Suar. loc. cit. nu. 21. vide ca tal. ſuſp. c. 1. nu. 4.

Sexta excõmunicatio eſt primo contra omnes Eccleſiaſticos ſeculares, & Regulares quauis exceptione, vel dignitate prędictos, etiamſi ſint Abbates, Epiſcopi eorũq; ſuperiores, qui præſumunt trahere quacun-

cunque ex cauſa alios Eccleſiaſticos,collegium, vel conuentum directe vel indirecte ad forum laicale in cauſis ad forum eccleſiaſticum de iure vel conſuetudine ſpectantibus: 2. contra omnes officiales laicos vt Iudices,executores etc.qui poſt quam exceptum fuerit de foro, aut euidenter appareat huiuſmodi cognitionem ad eos de iure non ſpectare, talia præſumunt,mandant ea fieri,ſeu eorum nomine et mandato facta rata habent, vel in his dant auxilium conſilium,vel fauorem cuiuſcunque præeminentiæ, dignitatis, gradus, et conditionis exiſtant.et reſeruatur Papæ.[a] ſecus ſi cauſas laicorum ad orum Eccleſiaſticum aut cauſas Eccleſiaſticas ab vno Eccleſiaſtico ad alium Eccleſiaſticum trahũt. Quod ſi Iudices laici propria auctoritate cauſas Eccleſiaſticas cognoſcunt poſt exceptionem fori, vel manifeſtam rei eccleſiaſticę notitiam incurrunt excommunicationem bullæ cœnæ vide infra in cap.7.numer. 7.et in cap. 9.nu.65.

a extrau. 5. ad reprimendas Martin i.V.

b Graff. l.4.c 18.n.14.

Septima Excõmunicatio eſt primo cõtra Præſules Epiſcopis inferiores qui publicant ſeu concedunt,vel etiam attentãt publicare ad quæſtum indulgentias,et facultatem eligendi confeſſarios,qui poſſint

Digitized by Google

ab omnibus caſibus etiam Epiſcopis reſeruatis abſoluere eos qui aliquid ſoluũt pro dictis indulgentiis et facultatibus: 2. contra eoſdem Præſules et Adminiſtratores, qui indicem caſuum, et indulgentiarum ędibus ſacris appendi iubent; quo ſuppoſita ſoluentibus conceditur, et tribuitur etiam inter alia abſoluendi facultatem ab eſu prohibitorum etc. et reſeruatur Papæ de indulgentiis etiã ad queſtum non admittendis cauetur in Concil. Vrid. ſeſſ. 21. c. 9. de reform.

a Extr. 90. quã plenum Pij Quint.

Octaua Excommunicatio eſt contra omnes dantes, vel promittentes nuntiantibus prouiſiones beneficiorum Eccleſiaſticorum, et reſeruatur Papæ. [a]

extr. 4. ſolicite Greg. XI.

Hæc cẽſura eſt vniuerſalis quoad Eccleſiaſticos cõprehẽdẽs tã ſeculares, & regulares inferiores cuiuſq; ſtatus, gradus, ſexus, ordinis vel conditionis, quam ſuperiores quacunq; Põtifitali, aut alia quęuis dignitate fulgẽtes; et quoad actiones prohibet primo donare: 2. promittere nuntiantibus vel nuntiare facientibus aliquã prouiſionem beneficiorum, et Eccleſiarum etiam Patriarchalium, ſiue id fiat directe per ſe ſiue indirecte per alios. 3. ſoluere ex eadem cauſa etiam datum, vel promiſſum iiſdem. [b]

b Graff. l. 4. c. 23. nu. 3.

Nona

Nona Excommunicatio ; primo eſt contra Cardinalem, qui electus in Papam a paucioribus, quam à duabus partibus Cardinalium vſurpare conatur Papatum et gerit ſe pro Papa: 2. contra eos, qui talem ſic electum recipiunt et nemini reſeruatur,[a] niſi talis electio habeat permixtã hæreſim vel ſchiſma, quia tunc rſeruatur in Bulla Cœnæ,[b]

Nota hic, ad hanc cenſuram incurrendam requiri, vt Cardinales eligentes ſint præſentes in conclaui.[c]

Decima excõmunicatio eſt contra Epiſcopum, qui in aliena ciuitate, vel Diœceſi diuerſarum linguarum, ſuſcipit gubernationem eorum, qui ſunt ſuæ, priuſquam ſuſcipiatur a proprio Epiſcopo in Coadiutorem et Vicarium ſuum et nemini reſeruatur,[a]

Vbi nota Epiſcopum aliquando poſſe eſſe Vicarium alterius Epiſcopi, quamuis regulariter, eſſe non debeat, ne duo capita eſſe videantur in vna Diœceſi, et ne vnus Epiſcopus ſub alio exiſtat Epiſcopo,[b] ſed hodie parum vtiles eſt, hæc cenſura, quia Papa communiter confert omnes Epiſcopatus in ſimilibus locis.[c]

Vndecima excommunicatio eſt cõtra Nuntios Apoſtolicos, & alios ſimiles qui

a c. licet, 6. de electiõn.

b. Nau. c. 27. n. 114. §. 2.

c gloſſ. in d. c. licet verb. ſpeciale.

a c. 14. quoniã de off. ord.

b Clem. in pleriſq. de elect.

c Nau. c. 27. n. 114.

per ſe, vel alios, quomodolibet directe vel indirecte ambiunt, ſeu procurant a Principibus, ad quos mittuntur, fauores vocales, aut in ſcriptis, ad conſequendum ſibi, vel ſuis conſanguineis & neceſſariis dignitates aliquas ſeculares, vel regulares etiam Cardinalatus, aut alios honores, vel officia eccleſiaſtica quoquomodo per Romanum Pontificem conferenda & nemini reſeruatur. Hæc cenſura extenditur etiam contra eoſdem, qui talibus fauoribus etiam vltro ſibi per Principes ſponte oblatis vti præſumunt, vel audet.[a]

a extr. 124. Etſi Roman. Pij 4.

Duodecima excõmunicatio eſt contra Epiſcopos, alioſque Prælatos permittentes ſettam & ritum Biguinorum in ſuis Diœceſibus, ſed quoniam hodie talis ſecta non extat, ideo cætera miſſa facio.[a]

a Iob. l. 1. c. 32. num. 23.

Decimatertia excõmunicatio eſt contra quoſcunque Prælatos etiam Patriarchas accedentes ad Romanam Curiam, vel ab ea recedentes inſcio Papa, & nemini reſeruatur, quæ cenſura eſt etiam contra quoſcunque qui tales apud ſedem ipſam receptare præſumunt, niſi ante receptionem eidem Romano Pontifici illorum aduentum ſignificauerint.[a]

a extr. 3. & ſi deceat de maio. & obed. Io: 22.

Decimaquarta excommunicatio eſt contra ſacerdotem, quamuis ſit Prælatus

exer-

exercentem officium Vicecomitis,aut alterius Præfecti ſecularis, ſi admonitus nõ relinquat tale officium præfecturæ & nemini reſeruatur.[a] a c. clericis ne cler.vel monachi.

Hęc cenſura eſt etiam contra Prælatos, qui ſunt Gubernatores, ſeu Præſidentes Cancellariarum, niſi huiuſmodi iuriſdictio temporalis ſit annexa ſuæ dignitati, vel patrimonio. b aut cum diſpenſatione Pontificis. b Nau.c. 27. n. 117.

Hinc nota ex ui huius textus exercentē officium Vicecomitis ſecularis non ſtatim incurrere hanc cenſuram niſi illlum exerceat poſt pręmiſſam canonicam monitionem.

Nota etiam hic tantum ſacerdotem comprehendi,quamuis id alii negent.c c Suar.diſp.23. ſect.3.nu. 21.et ſeq.

Aduerte hic Epiſcopos & ſuperiores etiam Cardinales comprehendi in omni excommunicatione generaliter lata à iure.[a] a Suar. diſp.18. ſect.2.n.4. cæteras excommunicationes contra Pręlatos conſulto omiſi, quia vel non ſunt vſu receptæ, vel non ſunt excommunicatione late ſed ferendæ. vide infra c. 9.

CONTRA CLERICOS
Cap. 2.

PRima excommunicatio eſt cōtra Clericos ſcienter communicantes cum excommunicato á Papa, illumque recipiendo in diuinis et reſeruatur Papæ.

a c. 18. ſignificauit de ſent. excom.

Nota hic, participationem, & receptionem in diuinis neceſſario requiri ad incurrendam hanc cenſuram, niſi iuſtus metus illos excuſet non enim tunc dicitur id fieri ſponte á clericis; [b] quod ſi id fiat ſine metu ab eiſdem non vt clerici ſed vt laicis non ligantur hac cenſura.

c. 27. nb Nau. . 93

e Caiet. c. 58.

Secunda excommunicatio eſt contra clericos ſeculares aliquem inducentes ad vouendum iurandum, vel promittēdum, vt apud eorum Eccleſias eligat ſibi ſepulturam, vel iam electam vlterius non immutet et reſeruatur Papæ. [a]

a clem. 3. cupien tes. §. ſane de p œ ni.

Vnde nota non ſatis eſſe inductionem actus ad incurrendam hanc cenſuram, ſed requiri obligationem illius actus voti, iuramenti, vel promiſſionis, apud Eccleſias inducentium hanc obligationem, ſequuto effectu talis obligationis. [b] ſecus ſi inductio fiat in alienas Eccleſias etiam cum tali obligatione.

b Suar. diſp. 22. ſect. 4. nu. 25.

Ter-

Tertia excommunicatio eſt primo cōtra obtinentes beneficia curata, qui ante expeditionem literarum, & perſonalem reſidentiam in eiſdem debito tempore contra iuramentum et obligationem de reſidendo, quacumque ex cauſa ea reſignant: 2. contra eoſdem reſignatarios ſic illa acceptantes: 3. contra præſtantes ad id auxilium, conſilium, vel fauorem ſcienter directe vel indirecte & reſeruatur Papæ.[a]

[a] extr. 87. inter multiplices Pij 4.

Nota hic beneficia curata perſonis idoneis, prȩuio examine, & iuramento, & cautione de reſidendo conferri debere; Hinc lata fuit hæc conſtitutio contra perſonas ſupradictas, ne de illis prouiderenrur perſonæ minus idoneæ, per oſtium non ingredientes vt fures, & contra dictam formam.

Quarta excommunicatio eſt contra omnes quacunque dignitate prædictos, qui dando, vel recipiendo ſimoniam committunt tàm in ordine, quam in beneficio, aut quod illa fiat, mediatores exiſtūt, ſeu procurant reſeruatur Papæ. vide ſupra in c. 1. nu. 4.

Quinta excommunicatio eſt contra quoſcunque Prælatis inferiores. qui Eccleſias, dignitates, et beneficia Eccleſiaſtica

recipiunt, vel retinent per ſimoniam in confidentiam ſimoniacam & reſeruatur Papæ. [a]

[a] extr. ſo. Romanum Pont. P:j 4.

Hinc nota non omnem beneficialem confidẽtiam eſſe prohibitam, nam ſi quis confidit, et ſperat quod renuntiatum beneficium Collator conferet, vel Patronus pręſentabit etc. cui digno renuntians volet, non eſt id prohibitum, ſed tantum illa confidentia hic eſt prohibita, quaquis cõſiſtit quod mediante pretio, pacto, modo, vel conditione expreſſa vel tacita indigno collator cõferet, Patronus præſentabit aut cedet beneficium alteri, qui illius cuſtodiam cum pacto etc. accepit quia eſt ſimonia et omni iure naturali diuino, et poſitiuo prohibita et illicita. [b]

[b] Nau. c. 33. n. 109.

Nota etiam accipientem ſic beneficiũ in confidentiam teneri Cameræ Apoſtolicæ reſtituere omnes fructus, quos à die acceptionis percepit. vide d. extr.

Sexta excommunicatio eſt contra clericos, et laicos, qui præſumunt vſurpare quacunque arte, et modo bona, res, circa fructus, redditus, aut iuriſdictiones alicuius Eccleſiæ, aut beneficii ſecularis, vel regularis et reſeruatur Papę pręmiſſa omnium rerum reſtitutione. [a]

[a] Concil. Trid. ſeſſ. 22. c. XI. de refom.

Nota hic clericos ſcienter conſentien-

tes

tes huic nefandæ vſurpationi,aut fabricatores ſeu cauſam illius, incurrere, hanc cenſuram, alias non; vt declaratum fuit per Congreg. Card.[b]. b in d. c. conc. fol.mihi 41.

Septima excommunicatio eſt clericos trahentes quacunque occaſione et cauſa ad forum laicale aliquam aliam perſonam Eccleſiaſticam et reſeruatur. Papæ vide ſupra in c.1.nu.6.

Octaua excommunicatio eſt contra clericos aliquid donantes,vel promittentes, aut per alium ſoluentes Nuntiantibus,vel nuntiare facientibus prouiſiones beneficiorum quocunq;modo vacantium et reſeruatur Papæ. vide ſupra in cap. 1. num. 8.

Nona excommunicatio eſt contra Eccleſiaſticos Epiſcopis inferiores,qui alienigenis Vſurariis manifeſtis locant, vel ſub alio quocunque titulo concedunt dõmos ad fœnus exercendum, vel publicæ exercere volentibus aut habentes dominium in aliquo territorio eoſdem conducere aut conductas habere,aut habitare in eo permittunt, niſi intra tres menſes edicto territorio omnes expellant et reſeruatur Papæ.[a] a c. 1. de Vſur. in 6.

Nota hic ſub verbo concedo intelligi omne genus, conceſſionis ſeu alienationis,

nis,vt pignoris,comodati,depoſiti, præcari, et huiuſmodi nec non etiam venditionis, donationis,vel permutationis etc. quia illud verbum concedo eſt generale et accipitur ſecundum naturam contractus.[b]

b glos. in d. c. 1. de vſur. verb. titulo.

Decima excommunicatio eſt contra Presbyteros,et habentes dignitates, vel vti ſi ſint Archidiaconi, Plebani,Præpoſiti,Cantores, et alii perſonatus habentes, qui audiunt leges,vel phyſicã ſeu medicinam niſi poſt duos menſes ab eis deſtiterint computandos à die, ex quo incipiunt audire huiuſmodi facultates.et nemini reſeruatur.[a]

a c. 1. ſuper ſpecula ne cler. vel mon.

Vbi nota primo non omnes clericos indifferenter in hac cenſura comprehendi nec omnes habentes beneficia,ſed tantum ſacerdotes,et ſupra numeratos:

Nota ſecundo talem cenſuram incurrere perſeuerantes in audiendis huiuſmodi facultatibus per duos menſes, ſiue in propria domo,ſiue in quomodolibet alio loco eas audeant.[b]

b Suar. diſp. 23. ſect. 3. n. 19.

Nota etiam 3. habentes Eccleſias parrochiales non comprehendi in hac cenſura,niſi tales Eccleſiæ ſint Plebaniæ ſub ſe capellas habentes, in quibus inſtituuntur clerici perpetui Suar. ibidem.

Vnde-

Vndecima excommnnicatio eſt contra ſacerdotes, qui exercent officium Vicecomitis, ſeu Præpoſiti ſecularis, ſi commoniti nolunt à dicto officio deſiſtere et nemini reſeruatur.[a] Et licet in priori parte Textus, ſit ſermo de clericis in Sacris, in hac tamen, reſtringitur ad ſacerdotes, vt ex Caietan. cap. 76. aſſerit Suar. loc. cit. n. 21. contra nonnullos.

a c. 5. clericis ne cler. vel Mon.

Hinc nota cenſuram hanc incurri tantum propter vſum officii gubenationis ſecularis habentes iuriſdictionem temporalem ſine diſpenſatione Summi Pontificis.

Duodecima excommunicatio eſt contra clericos in Sacris, qui de facto contrahunt cōtra votum caſtitatis annexum ordini matrimonium per verba de præſenti et nem. reſeruatur.[a]

a Clem. vn. de conſang. & affin.

Hinc collige fœminam contrahentem cum clerico in ſacris, vel religioſo non incurrere hanc cenſuram, quia in illam directe nō eſt lata;[b] Et licet nonnulli in hac cenſura comprehendunt etiam Sacerdotem celebrantem, ſeu ſolemnizantem tale matrimonio, melius tamen alii id negant.[c]

b Caiet. c. 47. & Nau. c. 22. n. 52.

c Suar. d. 23. ſect. 5. num. 21.

Decima tertia excommunicatio eſt cōtra eos, qui bona immobilia, vel mobilia præ-

prætioſa Eccleſiarum vltra triennium alienāt, aut recipiunt extra caſus à iure permiſſos et nemini reſeruatur.[a] Nota hic omnem contractum, quo transfertur in alium vſusfructus, vel dominium vtile rei temporalis vltra tempus a iure permiſſum vocari in eo textu alienationem[b]

a extr. Ambitioſæ de reb. Eccl. alien.

b Molina de contract. diſp. 461. nu. 11.

Nota etiam hic triennium non in annis, ſed in perceptione fructuum conſiſtite, hinc fit, vt triennalis dicatur illa locatio, quæ fit per ſex, vel nouem annos, ſi ſingulis biennijs, vel trienniis, percipiuntur fructus, & ſine ſcrupulo huius cenſuræ fieri poteſt.[c]

c Cou. l. 1 var. re ſol. c. 16. n. 6.

Bona immobilia alienari prohibita, ſunt terræ, ſeu poſſeſſiones, arbores etiam non fructiferæ, niſi vt fructuoſiores fierent, incidantur, quarum inciſio computetur in fructu: Item quicunq. fundus, iura actiones, obuentiones, omneq; etiam pacti genus per quod transfertur directum vel vtile dominium &c.

Prætioſa vero mobilia, ſunt illa bona, quæ ſeruando ſeruari poſſunt, vt vaſa argentea aurea, gemmæ, & his ſimilia: Item pecudum Græx, pecunia deſtinata ad emptionem ſtabilium, cenſuum, mobilium prætioſorum & ſimilia.[d]

a Quaranta var. ad lic. n. 15. vſq. d. 25.

A cenſura hac excuſantur alienantes

bona

bona fide, vel probabili facti, aut iuris ignorantia: item reuocatione ante pacificam poſſeſſionem, aut meliori eccleſię conditione, vel apparentia ſaltem iuſtæ cauſæ, vt neceſſitatis, & euidentis eccleſię vtilitatis.[e]

[e] Nau. c. 23. nu. 43.

Nota hic, hanc excommunicationem non eſſe vſu receptam iuxta opinionem aliquorum Doctorum vt Nau. Tolet. ex Sylu. verb. alien. nu. 15. in fine, ſed melius alii dicunt vſum locorum eſſe conſulendum,[f] quamuis vbiq; locorum hanc conſtitut. obſeruari aſſerat Quaranta loc. cit. num. 48. circa finem.

[f] Sayr. l. 3. c. 32. nu. 22.

Aduerte contra Clericos eſſe alias excommunicationes, quarũ nonnullas conſulto omitto, alias vero vide infra in cap. 9. & 10.

CONTRA RELIGIOSOS. Cap. 3.

PRima excommunicatio eſt contra Religioſos aliquem inducentes ad vouendum, iurandum, vel promittendum, vt apud eorum Eccleſias eligat ſepulturam, vel iam electam vlterius non immutet et reſeruatur Papæ.[a]

[a] Clem. cupientes §. ſane de pœn.

Nota hic primo nõ prohiberi ſub hac cen-

cenſura ſimplicem inductionem ad actũ eligendi ſepulturam,ſed ad obligationem actus voti,& c.2. vt perſuaſus cum effectu voueat,iuret,vel promittat ex huiuſmodi inductione : 3.vt auſu temerario id fiat, vnde excuſatur Religioſus, ſi id facit ex ignorantia non affectata vide ſup. cap. 2. num.2.

Secunda excommunicatio eſt contra Religioſos profeſſos non parochos, qui pręſumunt ſacramenta vnctionis extremæ,aut ſacramenta Euchariſtię miniſtrare,vel matrimonia ſolemnizare ſine parrochialis Presbyteri licentia ſpeciali : 2. contra d.religioſos qui excommunicatos a canone pręterquam in caſibus eis a Pōtifice conceſſis abſoluunt,vel etiam a ſen tentiis per ſtatuta ſynodalia, vel Prouincialia promulgatis, ſeu a pœna, & culpa (vt aiunt) abſoluere, quemquam præſumunt, quod intellige ſi a tota, pœna per plenariam indulgentiam abſoluunt.Suar, infr.nu.19.& reſeruatur Papæ a.

a Clem.1.Religioſi de priuilegiis.

Nota hac cenſura affici tantum Religioſus etiam per tria vota ſimplicia alicuius approbatæ Religionis delinquētes in ſupradictis, quamuis ſacerdotes ſint, quia veri Religioſi per ſimplicia vota cōſtituuntur; Vnde in hac cenſura non cō-

pre-

prehēduntur clerici ſeculares neq;ij qui religioſam vitam agunt in religione non approbata quia non ſunt vere Religioſi. [b]

Nota 2. hic prohiberi abuſum vſurpatæ poteſtatis eorum Religioſorum, qui nullam poteſtatem habentes adminiſtrādi dicta Sacramenta, ea adminiſtrant clericis vel laicis ſiue Religioſi ſint Parochi, ſiue non; Hinc fit vt Religioſi inter ſe hic prohibita facientes, ſiue eiuſdem, ſiue diuerſæ Religionis non incurrant hanc cēſuram, quia in textu expreſſe dicitur; qui adminiſtrauerit clericis aut laicis: Parochi vero Religioſi poſſunt illa adminiſtrare ſubditis propriis clericis & laicis ſecularibus; ſed alienis nequaquam, ſine ſpeciali licentia proprii Parochi, aliàs incurrunt hanc excom. [c]

b Suar diſp. 21. ſect. 4. nu. 2. & ſqq.

c idem n. 8.

Nota 3. Religioſos habentes poteſtatem abſoluendi à peccatis mortalibus poſſe abſoluere ſacramentaliter, ab excommunicatione canonis nemini reſeruata, & à ſententiis per ſtatuta etc. promulgatis, & culpa non autem à tota pœna niſi per indulgentias: Tandem aduerte in hac cenſura prohiberi vſurpatam iuriſdictionem; vnde Religioſi qui à Papa, vel per priuilegias habent facultatem ſupra-

pradicta faciendi, non incurrunt hanc cẽſuram &c. vide Suar loc. cit. per totum.

Tertia excommunicatio e ſt contra Religioſos, qui ſine licentia ſuperioris in ſcriptis obtenta transferre ſe præſumunt ad partes transmarinas: 2. contra ſuperiores ipſos, qui talẽ licentiam concedunt aliis, quam literatis, prouidis & expertis religioſis et reſeruatur Papæ.[a]

Quarta excommunicatio eſt contra omnes per modum pacti, et conuentionis aliquid dantes, vel exigentes directe vel indirecte ob ingreſſum Religionis et reſeruatur Papæ.[a] et licet inuſitatum ſit inter in Religioſos, Viros, aliquid dare, vel accipere pro ingredientis victu etiã in ſubſidium pauperrimæ Religionis tamen ſi pro ingreſſu aliquid datur vel accipitur inuoluntur hac cenſura niſi detur vel accipiatur ob conſuetudinem, & ſi ne pacto, vt gloſa et Felinus aſſerunt de monialibus pauperibus.[b] excusãtur à cẽſura primo dantes vel accipientes cum pacto in dotem pro victu mulieris ingredientis vel etiam vltra dotem in communem vſum domus aut ſacriſtiæ.[c] 2. ſi quid datur, vel exigitur pro ſolemnitate profeſſionis iuxta loci conſuetudinem.[d]

Quinta excõmunicatio eſt conrta Reli-

a extr. ad noſtrum de regul. Io: 2..

a extr. com. 1. ſãne de ſimon.

b gloſ. in c. ſimoniacc d e ſim.

c Nau. c. 27. nu. 106.

d Suar. diſp. 22. ſect. 5. nn. 3. & ſeq.

gioſos omnes mēdicantes profeſſos, ad aliam religionem trāſeuntes excepta Carthuſienſi, abſq; ſedis Apoſtolicæ licentia ſpeciali, & reſeruatur Papæ, quæ habet locum tam in recipientibus, quàm in receptis.[a]

a extr. 1. de reg.

Duę actiones hic prohibentur tranſitus ſcilicet et receptionis: quoad tranſitum prohibentur omnes mēdicantes profeſſi etiam per vota ſimplicia in aliqua congregatione & ſocietate approbata: quoad vero receptionem prohibentur omnes Religioſi S. Benedicti, Ciſtercienſis, Camaldulenſis, Vallis vmbroſæ, Canonicorum Regularium S. Auguſtini, & aliorum Monaſticorum ordinum. Hinc Nota primo tranſitum & receptionem ab vno ordine mendicantium, ad alium fieri poſſe: 2. tranſire volentibus ad aliam religionem, quam Cartuſienſem profeſſis tam per vota ſimplicia, quam ſolemnia Religioſis Societatis Ieſu, qui inter mendicantes numerātur,[b] ſufficere licentiam Præpoſiti generalis, idq; habent ex priuilegio Greg. 13.

b Suar. loc. cit. n. 16. & ſeqq.

Sexta excōmunicatio eſt contra quoſcunq; Religioſos, qui in Monaſterio vel Eccleſiis ſuis detinent Apoſtatas ordinis Prædicatorum profeſſos, niſi eos eiecerint

admittentes ad profeſſionem vel habitum dicti ordinis & reſeruatur Papæ.[a]

[a] extr. 122. quēadmodū Pij V.

Nona excommunicatio eſt contra Fratres Minores admittentes tempore interdicti in ſuis Eccleſiis ad audienda diuina officia fratres et ſorores ſui Tertii ordinis, etiamſi ad hoc priuilegium habeant, et reſeruatur Papæ ſed ſatisfactione præmiſſa Epiſcopis locorum.[a]

[a] Clem. 3. cum ex eo de ſent. ex com.

Decima excommunicatio eſt primo contra ſuperiores quorumcunque ordinum et religionum, qui ſuorum ſubditorum cauſas, ad officium Inquiſitionis ſpectantes, eorumque proceſſus omnes non remittunt et conſignant ipſis Inquiſitoribus, ſeu locorum ordinariis reſpectiue: 2. contra eoſdem, qui non denuntiant eiſdem Inquiſitoribus vel ordinariis locorum ſuos Religioſos, quos hęreſis labe infectos, vel ſuſpectos nouerint; et reſeruatur Papæ;[a] quia non eſt amplius locus præuentionis, vt erat antea conceſſus dictis ſuperioribus.[b]

[a] extr. 26. Rom. Pont. Paul. V. §. 6.

[b] extrau. 67. Paſtoris æterni Pii 4.

Inter ſuſpectos de hæreſi habentur ſolicitantes mulieres in confeſſione vt patet in alia extrau. Pii 4. vnde ex vi conſtitutionis Pauli V. ſub dicta cenſura comprehenduntur omnes, qui eiſdem Inquiſitoribus, vel locorum ordinariis non de-

nuntiant confeſſarios ſolicitātes parum ante,vel parum poſt confeſſionem,Mulieres,ſiue ſint ſeculares confeſſarii ſiue regulares,vide præter d.conſtit. quoddam Breue eiuſdem Pauli Quinti à me lecto apud ſecretariam Apoſtolicam.quod incipit cum ſicut.[c]

c mēſe Septembris 1608.edito.

Vndecima excommunicatio eſt contra omnes Prælatos ſeculares et Regulares,quibus cura et regimen Monaſteriorum monialium quouis modo incumbit, ſi eadem Monaſteria ingrediantur in caſibus non neceſſariis, et non comitati à paucis, iiſdemq; ſenioribus ac religioſis perſonis:Quæ quidem excommunicatio ligat Epiſcopos et etiam Cardinales ſi tertia vice ingrediantur;et nemini reſeruatur : [a] ſed contra alios non ſuperiores dicta Monaſteria ingredientes extra caſus à iure permiſſos extat alia excommunicatio Papæ reſeruata vide infra in c. 9. num. 12.

a extr. 75. Dubiis Greg.13.

Duodecima excommunicatio eſt contra Religioſos profeſſos qui in ſcholis vel alibi habitum ſuæ Religionis temere dimittunt;aut ad ſtudia literarum accedunt ſine licentia ſui Prælati cum conſilio ſui conuentus, vel maioris partis eius, et nemini reſeruatur.[a]Circa quā nota primo

a cap.2.ne cler. vel mon. in 6.

mo Religioſum ſine dicta legitima facultate ad ſtudium euntem quamuis habitum non dimittant incurrere, hanc cenſuram.[b]

Nota etiam hic 2. verbum dimittere et aduerbium temere: dimiſſio habitus eſt, quando fit mutatio in alium habitum ad ſe occultandum, vel ad incedendum hoc modo: ſed temeraria dimiſſio eſt, quando fit ſine rationabili cauſa, et cum contemptu regulæ ſeu legis.[c] etiam ad tempus, quia dimiſſio perpetua habitus inducit Apoſtaſiam de qua vide Bullam Cœnæ; caſ. 1.

b Suar. diſp.23. ſect.4.nu.17.

c Caiet. ex D. Thom.2.2.q.53. art.3.ad 3.

Vnde Temere etiam dicitur dimiſiſſe habitum ille religioſus primo qui partẽ illius dimittẽs, aliã loco illius accipit ſine rationabili cauſa vel ſaltẽ apparẽti neceſſitate ita ſe occultat, ad liberius vagandum, vt nequeat cognoſci religioſus talis religionis, etiamſi id fiat ad tempus breue cum contemptu ſuæ regulæ id eſt cum voluntate dimittendi quia lex nihil diſtinguit ob breuitatem et durationem temporis in carentia habitus dimiſſi, vel vſu alterius ſed ob temerariã dimisſionẽ quæ in puncto vt aiunt, conſiſtit. 3. qui etiam ſi dimiſſa vna parte habitus, nullum alium induat, ſi in ea, quam retinet, nullum ſi-

 gnum

gnum religioſi manet,et id facit ad incedendum illo modo;quia hic et nunc in exteri ori ſpecie, ſeu forma ille non geſtat habitũ religioſum,ideoq. tunc incurritur illa ſiue diutius,ſiue breuius poſtea ſic duret. Ex intẽtione igitur dimittentis, cognoſcitur, an fuerit ſufficiens temeraria dimiſſio ad inducendam hanc cenſuram:[a].

a Suar. diſp.21. ſect.4.nu.29. & ſeqq.

Nota 3. eos religioſos incurrere hanc cenſuram qui eunt ad habitandum extra clauſtrum propter ſtudium ſine licentia Prælati cum Conſilio etc.

Hæc cenſura habet locum in ſubditis tãtum accedentibus ad ſtudium ſine licẽtia,non autem in Abbate, vel alio prælato habente ſupremum ſuperiorem.Suar. loc.cit.nu.38.

Hęc cenſura ex eodem textu extenditur ad Magiſtros,ſeu Doctores legum,vel Medicinæ, qui præſumunt ſcienter in ſuis ſcholis retinere religioſos, qui habitu dimiſſo his ſcientiis vacant.Circa quã.

Nota primo tunc Magiſtros DD.incurrere hanc cenſuram ſi Religioſi habitu dimiſſo vacent his ſtudiis illis prohibitis ſcilicet legibus et medicinis,vnde ſi religioſi vel non habitu dimiſſo illis ſtudent,vel aliis ſcientiis quam legibus, et Medicinæ vacent,etiam dimiſſo habitu; dicti Magiſtri

ſtri et Doctores excuſantur.

Nota 2. duas actiones hic prohiberi, docere ſcilicet, vel retinere vnde Doctor ſeu Magiſter has ſcientias tales religioſos ſcienter docens quamuis non retineat incurrit hanc cenſurã ſecus ſi adhibuerit ſuam diligentiam procurãdo vt exeant, et nolunt exire. quod ſi Doctor præſumit huiuſmodi Religioſum in ſuis ſcholis retinere, ſiue rogando eos vt maneant, ſiue conſulendo, ſiue defendendo ſua auctoritate, et fauore vel multo magis aliqua violentia, non excuſatur ab hac cenſura; quamuis illos non doceat medicinã vel leges. e Suar. loc. cit. n. 39. & ſeqq.

Decimatertia excõmunicatio eſt contra Religioſos tacite, vel expreſſe profeſſos qui de clauſtris exeunt ad audiendas Leges vel Medicinam, niſi ad clauſtrum ſuum intra duorum mẽſium ſpatium redierint, et nemini reſeruatur. a Ad incurrendam hanc cenſuram tres conditiones requiruntur prima vt Religioſi leges vel Phyſicam actu audiant: 2. vt ad hunc finẽ exeant è clauſtris ſuis: 3. vt intra duos menſes ad clauſtra redeãt. vnde qui intra ſua clauſtra has ſcientias audiunt vel ante lapſum duorum menſium redeunt, non incurrunt hanc cenſuram. b vide ſupra

a c. ſuper ſpecula: & c. non magno opere ne cleric. vel mon.

b Caiet. c.

in capitulo ſecundo, numero decimo.

Decimaquarta excommunicatio eſt contra Religioſos etiam exemptos primo qui non ſeruant interdictum generale poſitum per ſedem Apoſtolicam, vel ordinarium loci.[a] 2. qui generalem ceſſationem non ſeruant, quam ſciunt Cathedralem, Matricem, ſeu Parochialem loci Eccleſiam ſeruare et nemini reſeruatur;[a] ſiue ſit lata à Papa vel Epiſcopis aut Conciliis prouincialibus per ſentẽtias, aut per ſtatuta iure ordinario, ſiue à capitulis, collegiis, vel conuentibus ſecularium aut regularium Eccleſiarum ex conſuetudine, aut ex priuilegio.[b]

a Clem. grau. de ſent. exc.

a Clem. 2. de ſent. excom.

Syl. exc. 9. nu. 50. & ſeq.

Decimaquinta excõmunicatio eſt contra Religioſos cuiuſcunque Religionis etiam militaris & vtriuſque ſexus, qui non habentes officia, aut beneficia, ſibi appropriant, vel inique vſurpant decimas ad ſe non pertinentes, vel in hoc defraudantes Eccleſias, earum ſolutionem impediunt in caſibus ſibi prohibitis, niſi intra menſem per requiſitionem eorum, quorum intererit factam, ſatisfecerint; et nemini reſeruatur.[a]

a Clem. 1. de decimis primis.

Vbi Nota primo ferri hanc cenſuram contra non habentes adminiſtrationem, vel beneficium: contra vero habentes admi-

miniſtrationem etc. fertur cenſura ſuſpen ſionis ab officio, adminiſtratione, & bene ficio; quam vide infra in catal. ſup.

Nota 2. has actiones prohiberi ante re quiſitionem, (quę hic vna ſufficit, quia nõ eſt canonica monitio) prima appropriare: 2. vſurpare 3. non permittere: 4. prohibere: ſed poſt hãc requiſitionem, has prohiberi, 1. non deſiſtere à præmiſſis intra menſẽ, 2. non facere ſatisfactionem intra duos menſes, niſi id fiat ex ignorantia ẽt non admodum probabili,[b] quia tunc ceſſat præſumptio in hac cenſura requiſita[c]

Nota 3. fraudem quocunq; modo factã in his actionibus prohibitis inducere hãc cenſurã 1. immiſcendo animalia familiarium, ſeu aliorum ſuis grægib. 2. eadem ficte ęmendo, ęmptaq; vẽditorib; tradendo vel aliis cuſtodienda: 3. prohibendo ſeu non permittendo ſolui decimas de terris, quas aliis excolendas tradunt etc.[d]

Decimaſexta excommunicatio eſt cõtra Monacos & Canonicos regulares pro feſſos, qui nec iuriſdictionem, nec admini ſtrationẽ habentes, ad Principum aulas ſe conferre præſumunt, ad ſuis Prælatis, aut Monaſteriis damnum aliquod inferendum, & nemini reſeruatur.[a]

Circa quã Nota 1. ſupradictos Religio

b Caiet. c. 48.

c Nau. c. 27. nu. 138.

a Tol. l. 1. c. 37. nu. 4.

a Clem. 1. ne in agro §. quia vero de ſtatum No.

ſos

ſos in currere hāc cēſurā exeūtes è Monaſterio ſiue cum licentia ſui Præla ti, ſiue ſine ea animo damnificandi ſiue ſequatur effectus damni ſiue nō modo intrēt Aulas Principū eo fine: quia cauſa principalis & materia huius cēſurę nō eſt damnificatio, ſed acceſſus cum animo damnificandi.

Nota 2. ab hac cenſura excuſari eos, primo qui exeunt è Monaſterio ad eiſdē damnum inferendum, et poſtea eo mutato in itinere ingrediuntur aulas Principum: 2. qui animo nocendi aliis particularibus religioſis, vel Prælatis, aut Monaſteriis alterius, non ſuæ religionis, intrant d. aulas ſed non excuſantur ii Religioſi, qui exeunt è Monaſterio, et intrant d. aulas non animo nocendi, ſed ad alia negotia ſi poſtea eo mutato velint ſuis Prælatis aut Monaſteriis, vel etiam toti ſuæ religioni damnum inferre etiam nō ſequuto effectu vt ex multis. aſſerit.[b]

b Suar. diſp. 23. ſect. 5. nu. 4. & ſeqq.

Decimaſeptima excommunicatio eſt contra quoſcunq; Religioſos, qui aliqua proferre præſumunt in ſermonibus ſuis, vel alibi quibus audientes retrahant a ſolutione decimarum Eccleſiis debitarum. & nemini reſeruatur.

a Clem. 3. cupiētes de pœnis.

Circa quam Nota primo in hac cenſura non comprehendi Prædicatores, nec cle-

clericos ſeculares,neq;laicos,ſed tantum Religioſos cuiuſuis Religionis.

Nota 2.ad incurrendā hanc cenſuram requiri primo vt verba ea intentione po ferantur;quamuis non ſequatur effectus, ideſt non retrahantur à dicta ſolutione, quia excommunicatio fertur pro ipſa inductione ſeu ſuaſione tantum: 2. vt decimæ ſint ex iuſtitia debitæ Eccleſiis, earumque Paſtoribus, quicquid dicant alii de decimis debitis perſonis;[b] 3. vt fiat hęc inductio immediate ipſos ad debitores audientes,& teneantur ex debito iuſtitiæ eas ſoluere licet non ſequatur effectus.[c]

b Suar. diſp. 22. ſect. 5. nu. 3(. & ſeq.

c Nau. c. 27. nu. 145.

Decimaoctaua excommunicatio; ex eadem clem.cupientes,eſt contra Religioſos,qui nullum conſcientię ſcrupulum incutiunt in confeſſione pœnitentibus de ſolutione decimarum debitarū & poſtea nō expiata negligentia, cum commode poſſent,præſumunt concionari,& nemini reſeruatur.[a]

a Nau. loc. cit.

Nota hic præter ſupradicta, requiri vt Religioſi de induſtria, & ſcienter omittant hoc facere, & non purgare negligentiam cum cōmode poſſent; ad incurrendam d.cenſuram, vel concionari abſq; illius purgatione.[b]

b Caiet. c. 66.

De-

Decimanona excommunicatio eſt cõtra quoſcunque Religioſos profeſſos, qui de facto contrahunt ſcienter matrimonium & nemini reſeruatur vide ſup. in c. 2. num. 12.

Vigeſima excõicatio eſt cõtra Religioſos, Mendicantes cuiuſcunque Religionis & congregationis, qui de nouo recipiunt domos, vel loca ad habitandum, vel recepta hucuſq; mutant, vel ea transferunt in lios cuiuſuis alienationis titulo abſque ſpeciali Sedis Apoſtolicæ licentia et nemini reſeruatur.[a]

a clem. cupientes de pœn.

Nota hic primo ex vi huius textus non eſſe prohibitum Mendicantibus antiquas domos, vel Eccleſias, quas tunc habebant, reficere, reædificare, vel augere &c. quia non eſt de nouo accipere: 2. per priuilegiũ Leonis X. hoc ius transferendi, vel alienãdi derogatum eſſe conceſſit enim Prouincialibus Minorum, vt ex cauſa neceſſaria poſſent ab vno loco in alium transferre Eccleſias et Monaſteria, et conuertere in alios vſus prout vtilius viſum fuerit: 3. per priuilegium etiam cõceſsũ Minimis poſt hoc ius, poſſe ea omnia facere, et per conſequens reliquos habentes cum illis cõmunicationem.[b] vnde ex vi horum priuilegiorum dicta Clem. non videtur amplius ha-

b Nau. c. 27. n. 144.

habere locum in dicto Religioſo.

Vigeſimaprima excommunicatio eſt contra Religioſos, qui paupertatem in communi profitentes ſecundum regulam ſuam poſt annum 1215. confirmatam faciunt has actiones ſibi prohibitas ſine ſedis Apoſtolicæ licentia prima admittere aliquem de nouo ad ſuam profeſſionem: 2.nouam domum, vel locum acquirere: 3. jam habita alienare & nemini reſeruatur. a ſed quoniam hæc cenſura parum iam vtilis eſt, quia ibi excipiuntur quatuor ordines Mendicantes S. Dominici, S. Franciſci S. Auguſtini, et Carmelitanorum propter eorum approbationem, et vtilitatem, et per conſequens quælibet alia religio poſtea ſimiliter approbata vt ex Bullis, et priuilegiis ſingularum Religionum intelligendum eſt ideo conſulto nõnulla omitto cum hodie non habeat locum hæc cenſura quia nulla eſt hodie Religio quin ſit approbata. Suar. diſp. 23. ſect.4.n.19.

a c. vn de relig. dom. §. confirm.

Vigeſimaſecunda excommunicatio cõtra quoſcunque Monacos, qui intra ſepta Monaſterii ſine licentia ſui Abbatis arma tenere, præſumunt & nemini reſeruatur.[a]

a Clem. ne in agro. de ſtat. mon.

Per arma intellige tam offenſiua, quã de-

defenſiua vt caſſides ſtoraces et ſimilia inſtrumenta per ſe inſtituta ad vſum bellicum, ſiue publicum, ſiue priuatum, vnde non intelliguntur hic lapides, ligna etc. quia communi vſu loquendi non dicuntur proprie arma.

Per ſepta Monaſterii intellige totum illud loci ſpatium, extra quod ſine licentia Prælati exire non licet. [b]

b Nau.c.27.nu. 139.

Vigeſimatertia excommunicatio eſt contra Religioſos, aſſumentes officium Vicecomitis, vel alterius Præfecti ſecularis et nemini reſeruatur vide ſup. in c. 2. num. 11.

Contra Religioſos præter has excommunicationes inueniuntur aliæ, quas ſpecialiter referre non cenſeo neceſſarium, quia vel ſunt abrogatæ, vel non vſu receptæ; vide infra in cap. 9. & ex vbi nonnullas præcipuas poſui.

CONTRA

CONTRA MONIALES ET alias Fœminas. Cap. 4.

PRima excommunicatio eſt contra Moniales, quæ aliquem inducunt ad vouendum, iurandum, vel promittendum vt eligat apud earum Eccleſias ſepulturã, vel electam non immutet et reſeruatur Papæ. vide ſupra in cap. 2. num. 2. et in cap. 3. nu. 1.

Secunda excommunicatio eſt contra Moniales exeuntes a clauſura ſine licentia ex quacunque cauſa, exceptis tribus caſibus, magni incẽdii, lepræ, et epidimiæ et reſeruatur Papæ.[a] quæ extenditur etiã contra concomitantes, receptante, et ſuperiores aliter exeundi licentiam concedentes.

a extr. ice. Decon Pij V.

Per Moniales intellige profeſſas, earũque Abbatiſſas, et alias Prælatas cuiuſcunque Religionis, et ordinis etiam Militiarum.

Præter tres ſupra enumeratas cauſas magni incẽdii, infirmitatis lepræ, aut epidimiæ, permittitur egreſſus primo ob electionem in Abbatiſsã alterius Monaſterii, 2. ob timorem ingruentis belli, hoc

enim

enim habent Carthuſiani, quorum clauſura eſt omnium ſtrictiſſima, qui poſſunt exire ob bellum ingruens, & ob Priorem alterius Monaſterii. 3. ob ſimilem etiã infirmitatem ſcandoloſam vel periculoſam habita prius à ſuperiore licentia, de vtriuſq; Medici Conſilio, vt conceſſit per quoddam breue Greg. 13. monialibus cuiuſdam illuſtris Monaſterij; de quo vide Nau. in cap. Statuimus 19. 9. 3. de regul.

Ninc Nota primo non ſolum Moniales exeuntes in aliis caſibus, quàm in tribus ſupradictis, & eis ſimilibus, ſed etiam facientes eis licentiam exeundi; perſonas omnes comitantes, et recipientes etiam conſanguineas incurrere hanc cenſuram, ſiue ſint laicæ, ſiue Eccleſiaſticæ.

Nota 2. ab hac cenſura excuſari eas primo perſonas, quæ comitantur, vel recipiunt Monialem extra d. caſus è Monaſterio egreſſam, videntes eam in extrema, et grandi neceſſitate amittendi vitam, vel famam, etc. et reditum conſulerent, etiamſi ea nollet redire: 2. excuſari etiam cognatos, qui ſine alia neceſſitate, quam vitandi opprobrium crudelitatis, vel ruſticitatis, aut ob amicitiam vel nomen cognationis, id facerent, quia defenſio naturalis, vel neceſ-

neceſſitas quod non licet, facit licitū.[b]

Tertia excommunicatio eſt cōtra omnes Fœminas, quæ ingrediuntur Monaſteria Carthuſienſium, & aliorum Virorum regularem vitam agentium, ſiue prætextu quarumcunque licentiarum à ſede Apoſtolica quomodocunq; conceſſarum, quas Pius Quintus omnino reuocat,[a] ſiue ſine dicto prætextu, vt de hac re cōſultus dictus Summus Pontifex declarauit, & reſeruatur Papæ.[b]

Nota hic ad incurrendam hanc cenſurā, requiri vt habeatur quoad reuocationem licentiarum notitia huius extrauag. & vt præſumatur ingredi aliquo ex dictis modis; vnde quæ per obliuionem illius, aut incogitantiam, aut animi ſimplicitatem illa ingrediuntur, non incurrunt cenſuram. quia lex imponens pœnam præſumenti facere aliquid, non includit facientem per obliuionem etc.[c]

Quarta excommunicatio ſimilis eſt contra omnes Fœminas cuiuſcunque etiam cōditionis, ſtatus, dignitatis & preheminētiæ, quę ingrediuntur Monaſteria Monialium & Virorum prætextu quarumcumque licentiarum, quas omnino Greg. 13. et Paulus V. reuocant in ſuis conſtitutionibus, & reſeruatur Papæ.[a]

b Nau. in d. c. ſtatuimus. n. 47. & ſeqq.

a extrau. 22. regularium Pij V.

b Nau. in d. cap. ſtatuimus n. 62.

c Card. in clem. 1. q. 39. de priuil.

a extrau. 36. vbi gratiæ Greg. 13. & extr. 74. monialium Paul. V.

Google

Hęc cenſura extẽditur primo ad quoſcunque Viros, qui ingrediuntur dicta Monialium Monaſteria cuiuſuis licentię prętextu: 2. contra Religionum Superiores vtriuſque ſexus, vel alias earum perſonas, ſęculares, & regulares aliquem ex dictis admittentes: 3. contra quoſcunq; illa ingredientes prætextu licentiarum ab Epiſcopis, vel Prælatis earum, conceſſarũ, quas dare poſſunt d. Prælati per Cõc. Trid.[b] neceſſitate dumtaxat vrgente; qua ceſſante ſub dicta cenſura omnino prohibetur vſus talium licentiarum tam ex parte ingredientium, quam ex parte Monialium admittentium ipſos. 4. contra Moniales non impedientes talium ingreſſum ſi id facere tenentur ex officio, ſecus ſi ad id nõ tenẽtur, niſi eos ingredi inuitarent, & cum effectu ingrediuntur; quia tunc directe admittunt et per conſequẽs non excuſantur à tali cẽſura.[c] vide dicta conſtit.

b ſeſſ. 25. c. 5. de reg.

c Suar. diſp. 21. ſect. 6. nu. 13. & ſeqq.

Quinta excommunicatio eſt contra oẽs Moniales, tacite vel expreſſe profeſſas, quæ de facto per verba de præſenti cõtrahunt ſcienter matrimonium, & nemini reſeruatur. vide ſupra in capit. 2. num. 12.

Sexta excommunicatio eſt contra omnes

nes Fœminas ſectantes ſtatum biguinarum vel de nouo earum ritum aſſumentes & nemini reſeruatur, vide ſupra in cap. 1. num. 12. & in cap.3.num.21.

Aduerte hic nonnullas eſſe excommunicationes contra Moniales communes cum Eccleſiaſticis, quas conſultò omitto, alias vero infra in c.9.& 10.ponuntur.

CONTRA CONFESSARIOS, & Concionatores. Cap. 5.

PRima excommunicatio; eſt contra Confeſſarios ſeculares, vel regulares quorumcunque ordinum & religionis, quibuſuis priuilegiis et indultis ſuffultos qui abſoluere præſumunt à caſibus clare vel dubie in Bulla Cœnæ contentis, aut ab aliis caſibus Papalibus, vel Epiſcopalibus et reſeruatur Papæ. vide decretum Congr.Cardinalium de mandato Clem. 8.relatum à Quaranta cum eius declaratione.[a]

Caſus papales hic prohibiti præter cōtentos in Bulla Cœnæ, ſunt primo, violationis immunitatis Eccleſiæ in terminis Conſtitution. Gregor. XIV. 2. Violationis clauſuræ Monialium ad malum fi-

[a] In verb.caſus. fol. 162.nu. 13. & 14.

nem.3. prouocantium et pugnantium in duello:4.iniicientium manus violentas in clericum:5.Simoniæ realis ſcienter contractæ:6. confidentiæ beneficialis. 7. abſoluere prohibentur etiam omnes caſus, quos locorum Ordinarii ſibi reſeruant, etiam in caſu neceſſitatis et impedimenti, niſi in mortis articulo, vel habeant licentiam nouam ſpecialem à Sede Apoſtolica, vel ab Ordinariis in ſcriptis, vel viua voce. In aliis vero caſibus, qui habẽt priuilegia, poterunt iuxta d. priuilegia, et facultates abſoluere, dummodo ante decretum eſſent vſu recepta, et non reuocata: qui non habent, nihil de nouo eis conceditur. vide Quar.

Secunda excommunicatio eſt contra eos, qui prætextu facultatum generaliũ, à Sixto Quarto conceſſarum tentant abſoluere à quibuſdam caſibus Papæ reſeruatis, Bullæ Cœnę, et commutare quinq; vota ſpecialiter Papę reſeruata, ſcilicet Religionis, Caſtitatis, peregrinationis Hieroſolymitanæ, Compoſtellanæ, ac Romanæ, et reſeruatur Papæ. [a]

a extrau. 5.& ſi Dominici de pœn. & remiſſ.

Hinc Nota primo, eos qui à caſibus Bullę Cœnę abſoluunt, incurrere excom. quam vide ſupra in annotat. d. Bullæ: 2.

non

non incurrere d. cenſuram eos qui legitima poteſtate, aut ſpeciali facultate ſedis Apoſtolicæ abſoluunt, aut commutãt ſed tantùm qui id faciunt virtute priuilegii Sixti Quarti[b] ſed quoniam Confeſſionalia illa iam deſierunt, ideo parum, aut nihil prodeſt ſcire hanc cenſuram, niſi vt ſciamus prædicta quinq; vota eſſe Papæ reſeruata.[c] vide etiam Nau. de Iubilæo. §. in Leuitico, Nõtab. 28.

b Syl. exc. 7. nu. 77. exc. 32. Nau. c. 12. nu. 75. & c. 27. n. 74. & 105.

c Caiet. c. 77. & Nau. loc. cit.

Tertia excommunicatio eſt contra Prædicatores, qui in ſuis ad populum cõcionibus prædicant primo, aliud, quam Euangelicam veritatem, eiuſq; Doctorũ declarationem ſenſui, et verbis Sacræ ſcripturæ conſonam: 2. tempus prçfixum futurorum malorum, vel certum Antichriſti, et Iudicii futuri aduentum. 3. alia futura ſibi quaſi ſpecialiter reuelata, aut inanes et alienas diuinationes: 4. ſcandaloſam Prçlatorum, aliorumq; ſuperiorum detractionem et reſeruatur Papæ.[a] 5. addunt nonnulli hanc cenſuram extẽdi cõtra Prædicantes incerta et falſa miracula quod negat Suarez.[b] Nauarrus vero ex Caietano cap. 81. in fine aſſerit hanc excommunicationem non eſſe vſu receptam, neque alias illius Conc. ideo cæte-

a Conc. lateran. ſub Leone X. ſeſſ. XI.

b diſp. 22. ſect. 6. num. 8.

ras prætermitto.[a]

[a] Nau. c. 27. nu. 111.

Quarta excommunicatio eſt contra quoſcunque tam Concionatores, quam alios cuiuſuis ſtatus, gradus, ordinis, et conditionis, qui quomodolibet affirmare præſumunt primo hæreſim eſſe, aut peccatum mortale credere aut tenere B.V. in ſua Conceptione à peccati originalis macula fuiſſe, vel non fuiſſe præſeruatam: 2. peccatum aliquod eſſe, celebrare Conceptionis officium concioneſue eorum, qui immaculatam eam prædicant, audire: 3. audire libros poſt hanc extrau. ſup. eiſdem aſſertionibus editos legere, tenere aut habere vt veris et reſeruatur Papæ.[b]

[b] extr. 2. graue nimis de reliq. & ven. ſanct. Sixti V.

Circa quam Nota primo, hanc excommunicationem fuiſſe confirmatam et innouatam contra omnes Eccleſiaſticos ſeculares et Regulares cuiuſuis ordinis, conditionis, et dignitatis, qui in quibuſcunque locis, et actibus publicis, in quibus ſcandalum ſuper his oriri poſſit, præſumunt aſſerere B.V. conceptã fuiſſe in peccato originali, vel in dictis actibus impugnare alteram opinionem donec aliter à Sede Apoſtolica fuerit diffinitum.[c]

[c] extr. 9. Regis pacificum. append. Bull. Paul. V.

Nota 2. eiuſmodi aſſertionem, hic pro-

prohiberi in publicis actibus, non autem in priuatis diſputationibus, vbi nullum poſſit ſcandalum oriri. Hinc fit, vt quilibet in priuatis diſputationibus poſſit de vtraque quæſtione diſſerere, et alterutram partem inpugnare. vide decretum congr. Cardinalium de mandato eiuſdẽ Pauli V. coram quo de hoc 31. Aug. 1617. fuit habita generalis Congregatio.[a]

Quinta excommunicatio eſt contra quoſcunque qui prędicare, docere, vel defendere præſumunt, Fratres Prædicatores, vel Minores non eſſe in ſtatu perfectionis, vel eis non licere de eleemoſynis viuere, aut prædicare, vel audire confeſſiones cum licentia Papæ, aut aliorum inferiorum Prælatorum,[b] ſine licentia Rectorum Eccleſiarum, aut Presbyteri parrochialis et reſeruatur Papę.[c]

Sexta excommunicatio eſt cõtra omnes qui prædicando, vel diſputando impugnare audent Montes Pietatis auctoritate Apoſtolica hactenus probatos nõ eſſe licitos, in quibus pro ſeruientium miniſterio aliquid exigitur vltra ſortem ab iis, quibus mutuum datur, et nemini reſeruatur.[d]

Septima excommunicatio eſt contra Religioſos confeſſarios, qui de induſtria

a decretũ Cõgr. poſt longam 12. Septembr. 1617. editum.

b Ant. 3. p. tit. 24. c. 70. & Cai. c. 81.

c Nau. c. 27. nu. 109.

d Conc. lateran. ſub Leo. X. ſeſſ. 10. 4. maij 1515. habit.

omittunt in cõfeſſionibus ſcrupulũ facere pœnitentibus de ſolutione decimarum Eccleſiis debitarum et nemini reſeruatur. vide ſup. in cap. 3. num. 19. Cœteras excommunicationes contra Religioſos vide cap. 3. & contra clericos ſeculares cap. 2. aliasque contra Confeſſarios, et Concionatores vide infra in cap. 9. et X.

CONTRA INQVISITORES ET Commiſſarios S. Officij Cap. 6.

PRima excommunicatio eſt contra Inquiſitores et alios deputatos ad S. officii exequutionem, qui odio, gratia, vel amore, vel lucri, aut commodi temporalis obtentu, contra iuſtitiam, et conſcientiam ſuam omittunt procedere cõtra aliquem in cauſa hæreſis vbi erit procedendum, vel ob eaſdem quoquomodo vexant innocentem imponendo ei hæreſim, vel quod impedierit S. officium et reſeruatur Papæ.[a]

a Clem. 1. multorum §. verum de hæret.

Circa quam Nota primo ad incurrendam hanc cenſuram requiri vt ſit Inquiſitor, vel deputatus ab Epiſcopo qui contra iuſtitiam et conſcientiam odio, amore etc. vel omittat procedere etc. vel ve-

xat

xat. Innocentem imponendo etc. [a] ſecus ſi id faciat per ignorantiam, timorem, aut ad euitandum ſcandalum. [b]

Secunda excommunicatio eſt contra Inquiſitores et Commiſſarios ipſorum, vel Epiſcoporum, vel capituli ſede vacante, ſuper hæreſim deputatos, qui prætextu officii inquiſitionis pecuniam quibusuis modis illicitis extorquent, vel bona Eccleſiarum ob delictum clericorum cōfiſcant, applicando etiam fiſco Eccleſiæ, nedum ſeculari, vel ſibi ipſis et nemini reſeruatur, [c] & abſoluendi præmiſſa ſatisfactione.

Per pecuniam intellige omne, pecunia æſtimabile, vt frumentum, vinum et huiuſmodi. Hinc infertur eum non incurrere hanc cenſuram, qui extorquet pecuniam non prætextu s. officii, vel applicant fiſco non bona Eccleſiæ etc. [d]

Tertia excommunicatio eſt primo cōtra Commiſſarios et Delegatos ad cognoſcendum an alienatio bonorum Eccleſiæ cedat in euidentem vtilitatem Eccleſiæ, vel non, qui in grauamen, aut detrimentum ipſius amore, vel timore aut ſordibus alienationi conſentiunt, aut decretum, vel auctoritatem interponunt tali alienationi: 2. contra omnes procurantes

a Caiet. de exc. cap. 3.

b Nau. c. 27. nu. 100. & ſuar. diſp. 22. ſect. 4. num. 1.

c Clem. 2. nolētes de hæret. & Tol. l. 1. c. 39. n. XI.

d Syl. exc. 9. nu. 81. & Caie. c. 4.

rantes dolo, vel fraude, aut ſcienter talẽ alienationem fieri in detrimentum Eccleſiæ, aut per ſordes vel per impreſſionem, ideſt per iniquam donationem, vel promiſſiones alienationis decretum extorquent, & reſeruatur Papæ.[a]

a Extrau. cum in omnibus Paul. 2.

Nota hic ſecundum Suarez, duas hic ferri excommunicationes prima eſt contra commiſſarios & Delegatos ſua facultate abutentes, & hæc nemini reſeruatur. 2. eſt contra omnes procurantes talem alienationem dolo, vel fraude in detrimentum Eccleſiæ, et hæc reſeruatur Papæ.[b]

b Suar. diſp. 22. ſect. 6. nu. 3. & ſeqq.

Aduerte in his & in ſimilibus caſibus neminem debere abſolui niſi præmiſſa integra ſatisfactione: aduerte etiam eaſdem has perſonas ligari excommunicationibus poſitis in c. 9. et 10. hoc eodem catalogo.

CONTRA DOMINOS Temporales. Cap. 7.

PRima excommunicatio eſt contra Dominos temporales, omneſque alios tam laicos quam Eccleſiaſticos iuriſdictionẽ habentes qui aliquẽ quomodolibet

libet in loco interdicto cogunt diuina officia celebrare et reſeruatur Papę.a

a clem. 2. grauis de ſent. excom.

Hæc cenſura quoad perſonas eſt generalis, comprehendens Dominos temporales, Nobiles et alios qui aliquo modo cogunt etc. quoad vero actiones prohibet: primo, cogere ſiue in propriam perſonam, ſiue in coniunctas aut per ſubtractionem bonorum, vel per alium modum ſimilem directe, aut indirecte, modo vera ſit coactio, et non inductio. 2. euocare publice, vel ſecrete tam excommunicatos & interdictos, quam quoſcunq; alios etiam non excommunicatos & interdictos, ad audienda officia diuina in dicto loco interdicto: 3. prohibere ne publici excommunicati, vel interdicti exeant ab Eccleſiis interdictis, dum, in ipſis Miſſarum ſolemnia celebrantur, etiam à celebrantibus admoniti per preces, vel per aliam inductionem mere voluntariam nedum per coactionem; 4. nominatim denuntiatum excommunicatum vel interdictum à iure, vel ab homine incurrere nouam excommunicationem Papæ reſeruatam, qui dum Miſſarũ ſolẽnia celebrãtur, monitus ab ipſomet celebrãte vt exeat, & non vult exire, ſed ibi vult perma-

mane-

manere. & in his omnibus incurritur cenſura poſt ſequutum effectum violationis interdicti. [a]

a Cai. c. 42. & Suar. diſp. 22. ſect. 4. nu. 27. & ſeqq.

Secunda excõmunicatio eſt 1. contra Dominos temporales locum concedentes ad monomachiam in ſuis Terris: 2. cõtra ipſos pugnantes in duello, ſpectatores, conſilium dantes, aut ſuadentes & reſeruatur Papæ. [b]

b cõc. Trid. ſeſſ. 25. c. 19. de refor.

Hanc cenſuram confirmauit, innouauit Greg. 13. et extendit primo ad priuatum duellum, ex condicto, ſtatuto tempore & in loco conuento ſine ſolemnitatibus commiſſum: 2. ad Dominos locorũ huiuſmodi permittentes, & quantum in ſe fuerit non prohibentes: 3. ad Mandantes, inſtigantes, auxilium, conſilium, vel fauorem dantes: 4. ad ſcienter ſubminiſtrantes equos, arma, pecuniam, comitatum, et alia ſubſidia: 5. ad ſpectatores ex propoſito, vel ſocios quouis modo ſeſe præbentes. [c]

c extr. 82. ad tollendũ Greg. 13.

Eandem hanc cenſuram confirmauit Clemens octauus, eamque extẽdit primo ad Magiſtratus, Præſides, et Locumtenentes: 2. ad Militum Duces, & Capitaneos, qui illud in caſtris, vel extra ea etiam in alieno, vel hoſtili ſolo, vel cum militibus Aduerſariorũ exercitus permittunt, vel

quan-

quantũ in eis eſt non prohibent: 3. ad concedentes de admiſſo tali crimine veniam, et impunitatem. [a] cætera vide infra in c. 9. num. 31.

a extr. XI. Illius vices Clem. 8.

Tertia excõmunicatio eſt contra omnes Dominos temporales, qui præcipiũt ſuis ſubditis ne officia ſeu obſequia communia reipublicæ perſonis Eccleſiaſticis exhibeant, ſcilicet ne quicquam vendant, aut emant aliquid ab eiſdem, neque ipſis bladum molant, coquant panem etc. & reſeruatur Papæ. [b]

Nota, hic prohiberi præceptum de non exhibendo comunia obſequia perſonis Eccleſiaſticis ſub hac cenſura quocunq. modo imperãdo ſuis ſubditis, etc. [c] ſed qui faciunt, vel ſeruant ſtatuta Eccleſiaſticæ libertati contraria, incurrunt excomm. Bullæ Cœnæ caſ. 15.

b cap. fin. de immun. Eccl. in 6.

c Suar. diſp. 35. ſect. 4. n. 15.

Quarta excommunicatio eſt contra Principem, Senatorem, Conſulem, aut alium Dominum ſeu Rectorem, vel officiales, qui inpuniendis iis, qui hoſtiliter fuerint aliquem Cardinalẽ inſequuti, poſtquam res ad eorum notitiam peruenerit, intra menſem non fecerint obſeruari tenorem cap. fœlicis, [d] vel ante lapſum menſem cauſam, et proceſſum talis delicti non inceperint & nemini reſeruatur.

d §. qua propter de pœnis in 6.

Sed

a Nau.c.27.nu. 136.

Sed hodie reſeruatur in Bulla Cœnæ.[a]

Quinta excommunicatio eſt contra Dominos, alioſque Rectores, et officiales illius Ciuitatis, in qua Summus Pontifex moritur, ſi diligenter non obſeruāt, quæ circa electionem Papæ ſtatuuntur, vel ſi fraudem in eis, vel circa ea commiſerint. et nemini reſeruatur.[b] Nota hic in nonnullis caſibus ob bonum publicum laicis auctoritatem dari contra clericos aliquid tuendi vt in hoc præſertim caſu.[c] Nota etiam hodie ſatis eſſe officialibus ad euitandam hanc cenſuram, ſuam adhibuiſſe diligentiā, et non commiſiſſe fraudem, vel dolum in obſeruatione eorum, quæ in textu ſtatuuntur.[d]

b c. Vbi periculum §. præterea de elect. in 6.

c gloſ. hic et ſtanc. nu. 1.

d Cai. cap. 54. et Nau. c. 27. n. 121.

Sexta excommunicatio eſt primo contra Dominos, et Gubernatores temporales, quorumcunque locorum, qui Inquiſitoribus in cauſa hæreſis non parent, et ab eiſdem requiſiti ad hæreticorum, credentium, fautorum, receptatorum, et defenſor m eorum capturam diligenter non intendunt. 2. contra eoſdem Dominos temporales, Rectores, et officiales eorum, qui ſtatim et ſine mora omnique appellatione poſtpoſita condigne non puniunt huiuſmodi hæreticos per Inquiſitores de hæreſi damnatos, ipſorumq; iuriſ-

iuriſdictioni commiſſos. 3. contra eoſdẽ Dominos, et Iudices temporales, eorũq; officiales, qui de crimine hęreſis cognoſcere aut iudicare audent, vel carcere detentos liberare ſine Inquiſitoris licentia: 4. contra eoſdem, qui executionem à Diœceſano, vel Inquiſitoribus iniunctam facere, ſeu adimplere detrectãt, prout ad ſuum ſpectat officium. 5. contra eoſdem, Diœceſanorum aut Inquiſitorum iudicium ſententiam, ſeu proceſſum directe vel indirecte impedire præſumentes. et nemini reſeruatur.[a]

[a] c. 18. vt inquiſitionis de hęr. in 6.

Circa quam Nota primo hanc cenſuram incurri, quocunque modo amore, lucro, amicitia, etc. aliquid fiat quo impediatur progreſſus talis inquiſitionis.

Nota 2. hanc cenſuram comprehendere eos omnes neminem excipientes, qui ſcienter dant aux. conſ. vel fauorẽm in prædictis. ſequuto effectu. et eos, qui animo obſtinato in excommunicatione per annum perdurauerint tamquam hęreticos condemnari debere:[b] Nota etiam quod licet hæc cenſura reſeruata non ſit, caueant tamen omnes, nedum officio Inquiſitorum reſiſtunt, fiant hæreticorum fautores, quia tunc incurrunt excom. Bullæ Cœnæ. caſ. 1.

[b] Suar. diſp. 23. ſect. 4. nu. 43. & ſeqq.

Septima

Septima excommunicatio eſt contra omnes officiales Comunitatū quarumcunque qui præſumunt facere ſeu condere ſtatuta prçcipiētia vt ſoluantur vſuræ, aut impedientia vt ſolutæ non repetantur, vel ſecundum ea ſcienter iudicare præſumunt, quod ſolute, cum repetuntur non reſtituantur plene ac libere: 2. contra omnes etiam non officiales, qui talia ſtatuta præſumunt ſcribere, vel dictare: 3. contra omnes poteſtatem habentes, qui talia ſtatuta iam condita intra tres menſes de libris Communitatum non delēt, aut dicta ſtatuta vel conſuetudines effectum eorum habentes quoquomodo præſumunt obſeruare. et nemini reſeruatur.[a] Circa quam.

a clem. vnic. de Vſur.

Nota primo, quoad perſonas hanc cēſuram comprehendere omnes Poteſtates, Capitaneos, Rectores, Conſules, Iudices, Conſiliarios, omneſque alios officiales: quoad vero actiones prohibet facere, ſcribere, dictare ſtatuta, et ſecundum illa iudicare.[b]

b Caiet. cap. 31.

Nota 2. eos incurrere hanc cenſuram primo, qui ſuis ſuffragiis, vel alio modo mortaliter peccando ad talia ſtatuta cōcurrunt: 2. præſumentes per abuſum, vel violētiam iudicare ſecundum ea, etiamſi

de

de his nullum ſtatutum extaret, non autem qui talem ſententiam faciunt, vel ſcribunt, quia iſtæ actiones prohibentur circa ſtatutum, non circa ſententiam.[a]

Nota 3. officiales Omittentes delere intra tres menſes dicta ſtatuta de libris Comunitatum ſcienter; vel committentes ideſt obſeruantes ex præſumptione talia ſtatuta incurrere d. cenſuram, ſecus ſi illa obſeruant alii de plebe, quia ſolum lata eſt contra Officiales.[b]

Octaua excommunicatio eſt primo contra omnes ſeruari facientes ſtatuta edita, et conſuetudines introductas contra vniuerſalis Eccleſiæ libertatem, vel niſi ea intra duos menſes faciant amoueri de capitularibus ſuis, ideſt de publicis comunitatum libris: 2. contra ſtatutarios ideſt Auctores talium ſtatutorum. 3. contra eorumdem ſcriptores quia poſitiue concurrunt ad talia ſtatuta. 4. contra Poteſtates, Conſules, Rectores, et Conſiliarios locorum, vbi de cætero huiuſmodi ſtatuta, et conſuetudines in eorum locis introducuntur et ſeruantur. 5. contra Iudices qui ſecundum ea præſumunt iudicare; et contra Tabelliones, qui in publicam formam ſcribunt et nemini reſeruatur.[c]

a Syl. exc. 9. nu. 81. & Nau. c. 27. num. 143.

b Suar. diſp. 23. ſect. 5. n. 28. & ſeqq.

c Cap. 49. nouerit de ſent. excom. Syl. exc. 9. n. 31.

Sed hodie qui de nouo talia ſtatuta edere præſumunt, ſunt excommunicati in Bulla Cœnæ in caſ. 13. ideo etc.[a]

a Nau. c. 27. n. 129.

Nona excommunicatio eſt primo cõtra omnes ſuperiores ſeculares, qui contra perſonas Eccleſiaſticas pignorationes, vel repræſalias concedere præſumunt, niſi intra menſem a die conceſſionis re tamen integra præſumptionem huiuſmodi reuocauerint: 2. contra inferiores, quibus conceduntur tales repræſaliæ contra aliquam ciuitatem extendentes talem conceſſionem contra Eccleſiaſticos, aut bona eorum dictæ ciuitatis, niſi intra menſem à die talis extẽſionis exequutionis ceſſent, reſtituant, et ſatisfaciant damnum illatum, incurrunt cenſuram hanc nemini reſeruatã.[b]

b Cap. vnic. de iniur. in 6. Nau. c. 27. nu. 136.

Decima excommunicatio eſt contra Magiſtratus ſeculares, qui nolunt ſuum præbere auxilium bracchii ſecularis pro diligenti conſeruatione clauſuræ Monialium requiſiti ad hoc ab Ordinario et nemini reſeruatur.[c]

c Conc. Trid. ſeſſ. 25. c. 5. de refor.

Vndecima excommunicatio eſt contrã omnes ſuperiores, et inferiores Officiales, ac Miniſtros tàm Vrbis Romæ; quàm totius orbis, qui DD. Cardinalium Inquiſitorum generalium præceptis, et man-

mandatis in quibuſcunq; officium ſanctæ Inquiſitionis concernentibus, non parent, et obediunt et nemini reſeruatur. [a]

a extrau. 175. ſanctiſsimus. Pii V.

Duodecima excommunicatio eſt primo contra omnes Principes quacunque tam Eccleſiaſtica, quam Mundana etiam Imperiali, Regia, vel quauis alia dignitate fulgentes, qui in ſuis Prouinciis, Ciuitatibus, Terris, et locis permittunt fieri Taurorum, aliarumq. ferarum beſtiarum agitationes, ideſt congreſſus hominum cum tauris alijſq. feris beſtiis; 2. contra clericos tam regulares, quam ſeculares beneficia Eccleſiaſtica obtinentes, vel in ſacris ordinibus cōſtitutos, qui in huiuſmodi ſpectaculis publicis vel priuatis interſunt et nemini reſeruatur. [b]

b extrau. 47. de ſalute gregis Pij V. Nau. c. 15. nu. 19.

Hæc excommunicatio per conſtitutionem Greg. 13. fuit reuocata quoad fratres Milites tantum quarumcunque Militiarum, duabus adhibitis conditionibus, prima ne huiuſmodi agitationes fiāt diebus feſtis, 2. vt præuideatur per eos, ad quos ſpectabit, ne exinde, quoad fieri poterit, alicuius mors ſequi poſſit. Clemens tandem Octauus ſuſtulit omnes pœnas, et cenſuras, quoad omnes in conſtitut. Pii V. expreſſos, regularibus tantum cuiuſcunque ordinis, exceptis: et eā

ad terminos iuris communis reduxit. vide Quaranta.[a]

[a] Verb. torneamenta in additione.

Decimatertia excommunicatio eſt cõtra Principes & Rectores quorumcunq; locorum, qui per domos & Synagogas Iudæorum Talmudicos libros diligenter inquiri, & inuentos comburi non faciũt, & nemini reſeruatur.[b]

[b] In primo Tom. Bullarum fol. 122.

Hæc excommunicatio extenditur ad omnes Chriſtianos cuiuſcunq. ſtatus ordinis, & conditionis, qui ſcienter retinẽt, habent, legunt, edunt, typis excudunt, ſeu imprimunt, deſcribunt, aut exemplant, aduehunt, emunt, vendunt, donant, comutant, aut aliâs quomodolibet diſtrahunt, vel alienant non ſolum dictos libros Tamuldicos ſæpe damnatos, ſed etiam alia opera, commentaria, tractatus, volumina, & quæcunque alia ſcripta tacite vel expreſſe continentia hæreſes, aut errores, contra vetus teſtamentum, vel contumelias, & blaſphemias contra Deum, ſanct. Trinitatem, Saluatorem noſtrum Ieſum Chriſtum, & Sanctos Omnes,[c] vide extrau. 46. Iul. 3. extrauag. 39. Paul. 4. & aliorum.

[c] Extrau. 20. cũ hebreorum §. 6. Clem. 8.

Decimaquarta excommunicatio eſt contra Dominos Temporales, Magiſtratus, & quoſcunq; alios, cuiuſuis gradus, di-

dignitatis aut conditionis, qui quouis modo directe vel indirecte ſubditos ſuos, vel quoſcunque alios cogunt, quominus libere matrimonium contrahant, et nemini reſeruatur.[a]

a Conc. Tridet. ſeſſ.24.cap.9.de reform.

Nota hic verbum cogunt, quod propriæ dicit violentiam, vel iniuriam aliquam, ſiue id fiat directe, ſiue indirecte vt ſi Magnates negent alicui officium ſuum quod tenetur ex iuſtitia dare, vel ſi nimium iuſta ſtipendia, et ſimilia debita differant ſoluere donec contrahat matrimonium cum hac vel illa etc. ſecus autem ſi tantum inducant ad contrahendum promittendo officium aliquod, vel fauorem, & aliter negant ſe facturos, ſi hoc negando non faciunt iniuriam, quia ſolum negant gratiam etc.[b]

b Suar. diſp.23. ſect.7.nu.6.

Decimaquinta excommunicatio eſt contra Principes, Gubernatores, & adminiſtratores ſecularium dignitatum, qui poſt trinam admonitionem ſibi à Prælatis Eccleſiaſticis factam, qua contumaces fiunt, omittunt ſeu negligunt ſuum officium exequi pro defenſione Eccleſiæ, quo nomine perſonæ, loca, et bona Eccleſiaſtica comprehenduntur, Viduarum, et pupillorum nec non pro extirpatione publicorum vitiorum Rem publi-

cam perturbantium per latrocinia, et ſimiles iniurias etc. et nemini reſeruatur.[a] quā cenſuram non eſſe in vſu aſſerit Tol. l.1.cap.37.nu.1.

Aduerte contra Dominos et Reges et Imp. eſſe alias excomm. vt contra percuſſores clericorum etc. ſed per excommunicationes ab Epiſcopis generaliter latas non ligari Reges, Reginas, eorumque filios.[b] vide infra in c.9.

[a] Cap. adminiſtratores 23. q. 5. & Nau. c.27. nu. 114.

[b] Cap. capella, de priuil. in. 6.

CONTRA PARTICVLARES ſtatus. Cap.8.

PRima excommunicatio eſt primo contra Sacræ pœnitentiariæ Apoſtolicæ Officiales, et Miniſtros, aliquid etiam ſponte oblatum à partibus capientes, aut aliàs ſiue pro expeditionis celeritate, ſiue pro alio extraordinario labore tam procurando, quam ſcribendo, aut recognoſcendo, aut examinando, etiam capiētes: 2. contra eoſdem aliquid partibus doloſè et fraudulenter ſuggerentes, quo facilius optata impetrare poſſint. et reſeruatur Papæ. Atque adeo tales cōuicti dolum vel fraudem feciſſe, aut quicquam vel minimum pro labore, aut alias quo-

quoquomodo accepiſſe, ſunt eo ipſo officiis priuati, inhabiles ad ea et infames.[a]

a Extrau. 85. in omnibus Pij. V.

Officiales, et Miniſtri comprehenſi in hac cenſura, ſunt 1. Regẽs; 2. Datarius; 3. Mag. in Theologia, ſeu decretorũ Doctor 4. Corrector: 5. Sigillator: 6. Procuratores. 7. Scriptores. Actiones vero hic prohibitæ, ſunt 1. quouis modo capere pro expeditione ad Officium Pœnitentiariæ ſpectante: 2. dolum vel fraudem in illius Officii exercitio admittere, aut captionem inducere: 3. ſuggere doloſe vel fraudulenter, &c.

Secunda excommunicatio; eſt contra omnes Iudices, et quoſcunq; alios quouis nomine nuncupatos, et priuilegio Munitos, etiamſi Cardinales fuerint, qui in obligationibus in forma Cameræ, illarumq; exequutione, aut in aliis cauſis ad Officiũ Aud. Cam. Apoſt. ſpectantibus quomodolibet ſe intromittere, aut ipſummet Auditorem, eiuſque Locatenentes ſuper præmiſſis moleſtare præſumunt contra conſt. Pij 4. et reſeruatur Papæ.[b] Auditor enim Cam. Apoſt. eſt Iudex ordinarius Romanæ Curiæ et exercet iuriſdictionẽ in cauſis totius chriſtiani orbis tàm in criminalibus, quàm in ciuilibus, ita tamẽ vt eius iuriſdictio nullum præiudicium

b Extrau. 38. ad eximię Pij 4.

ſit iuriſdictioni Vrbis Vicarii, Gubernatoris, et Senatoris. vide conſt. 39. 53. 66. et 128. Pii 4. et ſimiles aliorum Sum. Pont. quas in unum breuiter congerit. Zecchius de republ. Eccl.[a]

a c. 7. n. 1. verb. A. C. fol. 121.

Tertia excommunicatio eſt contra Auditorem Cam. Apoſt. Vicarium, Gubernatorē Vrbis, et quoſuis alios, quauis auctoritate fungentes, qui vigore facultatum, et auctoritatum illis conceſſarum præter id, quod hactenus obſeruatum fuit, aliquid innouant ſeu alter ipſorum, iuriſdictionem alterius vſurpat, et reſeruatur Papæ.[b]

b Extrau. 50. cū ſicut accepimus Pij IV.

Quarta excommunicatio eſt contra Cameræ Apoſtolicæ Clericos, Notarios, Officiales, et quoſcunque eorum Miniſtros, qui in cauſis, negotiis, ac expeditionibus, iuxta propriam eorum Tribunalis naturam non ſpectantibus, quoquomodo ſe intromittere præſumunt, etiam prætextu quorumuis priuilegiorum, et indultorum, aut conſuetudinis, vel quaſi poſſeſſionis, & reſeruatur Papæ. Nota hic hos Cameræ Clericos nullam habere iuriſdictionem vt ſingulos, niſi ex commiſſione eis facta in plena Camera, ideoque Notarii et alii officiales illorum in expeditionibus & ſcripturis conficiē-

dis

dis tenētur mētionē facere in illis tale negotium,&c.fuiſſe propoſitum et commiſſum in plena Camera, alias nullius roboris eſt. [a]

a extrauag. 70. Rom. Pont. Pij IV.

Quinta excommunicatio eſt contra quoſcunque Camerales,qui aliorum ſuffragia vel ſuam,aut aliorum Sententiam in plena Camera apertam, foris patefecerint,vel alicui indicauerint,et reſeruatur Papæ. [b]

b extrau. 113. cum inter Pij 4.

Sexta excommunicatio eſt contra Magiſtros,ſeu Doctores legum vel Medicinæ qui ſcienter docere aut in Scholis ſuis retinere præſumunt religioſos dimiſſo habitu his ſcientiis vacantes et nemini reſeruatur. [c]

c Cap.2. vt. periculoſa ne cler. vel Mon. in 6.

Hinc Nota,eos Magiſtros ſeu Doctores incurrere hanc cenſuram,primo qui ſcienter docent Leges ſeu Medicinam religioſum qui habitum dimiſit. 2.qui talē Religioſum in ſuis ſcholis detinent, ſiue detentio fiat per preces,conſilium,defenſionem, ſua auctoritate,et fauore, ſiue per violentiam,quia poſitiue cōcurrunt, et influunt in illam detentionem. Vnde fit vt excuſentur ab hac cenſura Magiſtri, ſeu Doctores,primo qui illas ſcientias docent etiam ſcienter Religioſum non dimiſſo habitu ſuæ Religionis,quāuis

diſci-

diſcipulus ille aliàs peccet et ſit excom. 2. qui ex ignorantia facti, vel iuris etiam non omnino inculpabili id faciant, quia intra particulam ſcienter, additur verbũ præſumpſerit, quod maiorem contumaciam, requirit: 3. qui poſt legitimam eius expulſionem, ad huc manet in ſcholis, quia tunc non dicitur in Scholis detinere, vnde poſſunt ſine ſcrupulo huius cenſuræ ſuum munus proſequi.[a]

a Suar. diſp. 23. ſ. ct. 4. nu. 39. & ſeqq.

Septima excommunicatio eſt contra Rectores ſtudiorum, et alios Epiſcopis inferiores, doctorandi facultatem haben tes, qui aliquem ad gradum doctoratus promoueri, vel cathedram, aut lectiones retinere vel conſequi patiuntur, prius quàm fidei profeſſionem emittat, et alia non ſeruant, quæ ſeruare tenentur iuxta formam traditam à Pio 4. et nemini reſeruatur.[b]

b extrau. 112. in Sacro Sancta Pij 4.

Ottaua excommunicatio eſt contra Sedis Apoſt. eiuſque locorum Gubernatores, Rectores, Præſidentes, ac alios Officiales, qui cõcedere quouis colore præſumunt alicui licentiã, ſeu facultatem deferendi, vel retinendi etiam ad breuiſſimum tempus Archibuſettos breuiores menſuræ duorum palmorum et nemini reſeruatur.[c]

c extrau. 65. cũ eius vices Pij 4.

Nona

Nona excommunicatio eſt contra eoſdem Gubernatores etc. qui pœnas pecuniarias ſeu mulctas, aut bonorum in partem, vel in totum confiſcationes contra delinquentes per ſtatuta, vel bannimẽta impoſitas, alteri quam Cam. Apoſt. applicare quouis modo præſumunt, et nemini reſeruatur. a

extrau. 56. decet Pij 4.

X. excõicatio eſt contra Legatos, Vicelegatos, Gubernatores, et quoſcunque Iudices et officiales quouis prætextu et priuilegio munitos, qui per ſe, ſeu per eorum cancellarios, ſecretarios, ſcribas, vel alium quemcũque in officiis Notariatuum per Cameram Apoſt. venditis vel in eorum interpretatione ac originalib. ſcripturis officia huiuſmodi, ipſorumque Notariorum præiudicium concernentibus, ſe intromittere aut de illis quomodolibet diſponere, ſeu Notarios illa emẽtes moleſtare, perturbare, vel impedire aut contra eos procedere præſumunt, et nemini reſeruatur. b

extrau. 107. ſuperna Pij 4.

Vndecima excommunicatio eſt contra officiales Sac. Pœnitentiariæ, quo nomine intellige Regentem, Correctores, Scriptores, Procuratores, Reuiſores, Sigillatores, et alios quoſcunq; qui in conceſſionibus et expeditionibus ſibi inter-

dictis

dictis à Pio 4. quouis priuilegii, et indulti prætextu ſe intromittere quoquomodo præſumunt, et nemini reſeruatur.[a]

a extrau. 60. in ſublimi Pij 4.

Duodecima excommunicatio eſt, primo contra exigentes, vel exigi permittentes datia, gabellas, pedagia, vectigalia à Religioſis Mendicantibus: 2. contra eos, qui tales Religioſos perturbant, aut moleſtiam eis inferunt, aut inferri, vel perturbari permittunt toties, quoties; 3. contra exigentes aliquid a b eiſdē pro pontibus, viis, aquæductibus, muris, mœnibus, aliiſque machinis ſtruendis, vel reparandis, ſeu reficiendis, ac locorum fortificationibus, aut Militum hoſpitiis. & nemini reſeruatur.[b]

b Extrau. 14. dū ad Vberes Pij. V.

Hæc cenſura comprehendit etiam omnes, qui dictos Religioſos Mendicantes quoad omnia eorum bona, et quo ad ſuos Colonos, Affictuarios, negotiorūq; geſtores non dimittunt exemptos ab omnibus exactionibus, tàm Vrbanis, quàm Ruſticis & nemini reſeruatur.[c]

c Eextrau. 14. dū ad vberes Pij V.

Decimatertia excommunicatio eſt contra Rectores Eccleſiarum Parrochialium, & Religioſos Mendicantes in partibus Germaniæ exiſtentes qui violant pacem inter ipſos factam & nemini reſer uatur

uatur; à qua excom. abſolui nequeant niſi præmiſſa debita ſatisfactione et de expreſſo conſenſu partis læſæ [a] vide Sayr. l.3.c.33.nu.49.

Decima quarta excommunicatio eſt contra laicos de ſacris altaribus oblationes Sacerdotibus factas auferentes, et nemini reſeruatur, quia oblationes Eccleſiis ſemel factæ à Laicis, ſub eorum dominio amplius non ſunt. [b]

Decimaquinta excommunicatio eſt contra Rectores, Magiſtros, & Scholares Vniuerſitatis Bononiæ, qui ante elapſum conductionis tempus: pertractant de locandis domibus, abſq; conſenſu eorum, qui illas inhabitant, et conductas habẽt, & nemini reſeruatur. hæc cenſura extra Bononiam locum non habet. [c]

Aduerte alias eſſe excommunicationes contra particulares ſtatus, ſed quia vel ſpectant ad loca particularia, vel raro in vſum veniunt; ideo omitto etc. vide infra in cap. 9. & 10.

a extrauag. 2 de tre agu a & pact.

b Graff. l. 4. c. 24. n. 10.

c C. 1. de locat.

CON-

CONTRA OMNES. Cap. 9.

PRima excommunicatio eſt contra percutientes clericum vel Monacum ſuadente diabolo ideſt cum peccato mortali; Mortale enim peccatum neceſſario requiritur ad incurrendam hanc cenſuram, tàm ob leuem, quam ob grauem percuſſionem, quamuis excommunicatio ob leuem reſeruetur Epiſcopo, ob grauem vero Papæ.[a]

[a] c. ſiquis 17. q. 4. & ibi Doct.

Circa quam Notandum eſt primo hanc cenſuram ita eſſe vniuerſalem, vt omnes in vniuerſum perſonas vtriuſque ſexus laicas & Eccleſiaſticas cuiuſuis dignitatis comprehendat excepto ſummo Pont. et iis etiam exceptis, qui non ſunt baptizati, vel non capaces malitiæ, atque adeo peccati mortalis, quod cum adeſt in materia hoc canone prohibita, ſemper cenſetur fieri ſuadente diabolo, ab iis qui illius ſunt capaces.

Nota 2. ſub nomine clerici intelligi etiam habentem ſaltem, primam tonſuram, modo coronam, et habitum clericalem geſtet, quamuis ſit coniugatus, ſi

tamen

tamen ſemel tantum et cum Virgine cõtraxerit.[a] Clericus autem priuilegio clericali priuatus non gaudet hoc canone Talis eſt primo degradatus realiter, non autem depoſitus tantum verbaliter, ſicut neque ſuſpenſus, aut excommunicatus, aut Irregularis excepto bigamo, ſaltem durante coniugio per quod talis bigamia contracta eſt. 2. Clericus incorregibilis ſeruatis tamẽ cõditionib. iuris,[b] poſt ſententiam declaratoriã incorrigibilitatis. quamuis neq, tunc ſit omnino priuatus priuilegio Canonis, quia licet Iudex Secularis ex poteſtate Eccleſiæ eũ punire iuxta delicti menſuram, non tamẽ alii libere poſſunt eũ percutere, neq. ipſe Iudex excedens iniurioſe ſine incurſu in hunc canonem, nec punire mortis pœna donec ſit realiter degradatus. [c] Clericus etiam incorrigibilis dicitur ille primo qui non geſtans habitum clericalem, vel portans arma ſecularia etiam poſt trinam monitionem ſui Prælati, ſtatim illud priuilegium amittit, ſi continuata conſuetudine non deferat habitum, niſi ſit beneficiarius et inſeruiat alicui Eccleſiæ, aut de licentia Epiſcopi ad id ſe præparet;[d] ſi vero ſit in Sacris, non amittit prilegium donec ter admonitus non reſipiſcat.

a c. vnic. de cler. coniug. in 6.

b Cap. non ab homine de iudicij.

c Suar. diſp. 22. ſect. 1. nu. 9. & ſeq.

d Conc. Trid ſeſſ. 23. c. 7. de reform.

piſcat. 3. Clericus, qui ſe Iaculatorem, aut goliardum faceret, aut Buffonem ſi per annum exerceat eiuſmodi munus; quod ſi ante lapſum anni non ſe corrigeret poſt trinam monitionem factam à ſuperiore, careret tūc priuilegio.[a] 4. clericus publice et perſonaliter exercens officium Macellarii, aut Tabernarii ſi poſt trinam monitionem non deſtiterit, et quidem ſi ſit coniugatus omnino priuatur ſiue ferat habitum, et tonſuram, ſiue non; ſi vero non eſt coniugatus, tunc ſi non defert habitum, priuatur; Si defert, priuatur priuilegio in rebus tantum, non in perſona, ideoque qui hunc percuteret, incurreret in hunc canonem.

a Cap. vnic. de vit. & hom. cler. in 6.

Nota 3. ſub nomine Monachi intelligi omnes Religioſos vtriuſque ſexus, Nouitios, conuerſos, et alios Deo dicatos, vt ſunt tertiarii S. Dom. et S. Franc. qui gregatim viuunt, et habitum Religionis portant.[b] quibus adduntur ſecundum reſpōſum Sacræ Congreg. Card. Tertiarii mātellati, corrigiati, aliique ſimiles geſtantes habitum et collegialiter viuentes, ſeu cum clauſtralibus. Item Mulieres non ſolum virginem, vel cœlibem, aut caſtam vidualem vitam expreſſo voto, et ſub dicto habitu traducentes, ſed etiam quæ

b Nau. c. nu. 27. 79.

vitam

vitam Virginem, aut cælibem ſimpliciter et expreſſe vouerint et in conſanguineorum, et affinium, aut in propriis domibus habitent: idem iudica de Oblatis Monaſterii Turris ſpeculorum in Vrbe collegialiter viuentib. quarũ modus viuẽdi eſt approbatus à Sede Apoſtolica non pro Religioſo, ſed pro bono: Itẽ Heremitæ ẽt gaudẽt, hoc priuilegio, qui ſpecialẽ aliquam obligationẽ Ecclecleſiaſticã habent, vt ſi ſunt alicui Religioſæ Regulæ aſtricti, vel Epiſcopo Specialiter ſubiecti voto, pacto etc. [a] gloſ. in c. quia vero 16. q. 1. Item Equites Hiæroſolimitani S. Iacobi, Calatrauæ, Alcãtaræ in Hiſpania, & Ord. Chriſti in Luſitan. S. Stephani Florẽtiæ, & S. Lazari in Sabaudia. vide Nau. [b]

a Cap. nulli de ſent. exc. & ibi gloſ.

b Conſ. 10. de Reg.

Nota 4. actionem per quam incurritur hæc cenſura, debere eſſe iniurioſam opere externo completam, quæ contingat ipſam perſonam, vel rem, aliquo modo ad hærentem illi, ita vt ei vis inferatur, licet cõtactus Phyſice conſideratus leuiſſimus ſit; Quare actiones, quę fiũt in Reb. Clerici vel aliis perſonis illi cõiunctis ẽtſi ſint iniurioſæ non comprehenduntur in hoc Canonæ; Item quando aliqua actio fit contra honorem, vel contra ius, vt ſi violenter Clericus detineatur, in carce-

retur, et ſimil. reputatur grauis iniuria in perſona illius, ſic etiam eripere violenter rem è manibus Clerici, quæ ipſius eſt, virga percutere, ex puere in eum, vel ſimilem actionem facere, ita vt arbitrio prudentum exiſtimetur actio iniurioſa Clerico, ſatis eſt ad cenſuram; Vnde non eſt neceſſe vt pars corporis immediate attingatur, ſatis enim eſt veſtem, pileum, aut quid ſimile, vel attingi rem, quæ deferat, aut contineat talem perſonam modo actio ſit iniurioſa, vt ſi detineatur violenter equus freno deferens Clericum, vel claudatur in cubiculo vel domo ita vt inde exire non poſſit, aut non ſine magno pudore Item ſi quis Ciuitatem vel caſtrũ obſideat ob perſonam Eccleſiaſticam, vt illi fiat vis vel cogat Clericum exire de fundo, Vinea, &c. & adſit violentia ſiue fiat verbis, ſiue aliis actionibus, vel ſpoliat eum per vim veſte vt eam furetur, aut ita veſtes iam ſpoliati dormientis furatur, vt ea ratione cogat, vt nudus incedat, aut intra domum ſe contineat vel aliud dedecus ſequatur, incurrit hanc cenſuram, vt ex multis aſſerit Suar.[a] denique quæcunq; actio fiat vel circa Clericũ vel circa alia, vi, cuius grauiter lędatur Clericus, et cũ iniuſtitia, ſufficiẽs eſt ad incurrẽdam

[a] Suar. diſp. 22. ſect. 1. nu. 20. & ſeqq.

dã cenſurã, vt qui foueã arte diſponit, vt Clericus decidat cum graui damno, vel venenum ei præbet, vnde moriatur, vel grauem læſionem incurrat[a] & ſim. ſequuto effectu.

a Ludou. Beia in reſpenſionib. caſuum Bononiæ pag. 131.

Nota 5. ab hac cenſura excipi primo percutientes Clericum ob iuſtam ſui defenſionem, ſiue in perſona, ſiue in honore ſiue in Rebus ſuis, modo defenſio ſit incontinenti ideſt in ipſo actu aggreſſionis, vt Mulier tentata à Clerico aliquo impudico facto, eum percutiens non incurrit: Idem hic de percutiente Clericum aggreſſorem, quia fuga eſt ſibi ignominioſa; et de inſequente eumdem aſportantem ſua bona, ſi vi illum detineat: Idem de percutiente Clericum turpiter peccantem vel turpiter inuentum cum propria Vxore, Matre, Filia, aut Sorore, in loco ſuſpecto quamuis non inueniat in actuali delicto, aut in lecto etc. Nau. cap. 27. num. 84. ſecus cum aliis cognatis inferioris gradus: Idem de inferente aliquam violentiam Clerico vt ſi fugiens inimicum perſequentem ſe, eripiat enſem, vel equum à Clerico occurrente, ad ſe defendendum ab illo inimico modo Clericus non conſtituatur in ſimili periculo, quia innocentis defenſio reſpectu

aggreſſoris eſt iuſta licita et naturalis ſecus defenſio rerum Tertii. Idem de percutiẽte Clericum ad defenſionem Tertiæ perſonę innocentis modo ſit pura defenſio. a 2. excipe Superiorem Eccleſiaſticũ ſiue Regularis ſit, ſiue Secularis, qui ob iuſtam correptionem, et debito modo factam percutit ſibi Subditum: Epiſcopus debet verberare Clericum per alios Clericos, vel per ſe ipſum adhibitis debitis circunſtantiis; Superior vero Religioſus, vel Secularis Epiſcopo inferior per ſe ipſum, & non per alium niſi vrgeat neceſſitas & tunc per Clericum, vel Monachum: b 3. excipe Iudicem Secularem, qui in crimine inuentum Clericum capit, et detinet in caſibus, et modo ſibi à iure permiſſo: c 4. excipe Magiſtros, qui diſciplinæ cauſa Clericum verberant, idem dic de Patre, Hero, et ſimilibus ſiue per ſe ſiue per alios, modo correctio ſit proportionata perſonæ caſtiganti, & quæ caſtigatur cum ea tamen intentione ſeu fine, qua decet paternam correctionem et diſciplinam. 5. excipe percutientes Clericum ioci cauſa, aut ludẽdo, modo non fiat ex indignatione, vel ex odio re ipſa ſiue indignatio ſit antiqua, ſiue ex torta ex occaſione ludi, quod ſi fiat ex paſ-

a Suar. loc. cit. n. 38. et ſeqq.

b Cap. Vniuerſitatis de ſent. exc. & Suar. n. 45. & 46.

c Cap. ſi Clericus de ſent. exc. in 6.

paſſione, vel furore tali vt prudens excuſaret eum à culpa mortali, non erit ſatis ad cenſuram. 6. excipe percutientes Clericum etiam grauiter ex ignorãtia, quod ſit Clericus: vnde qui probabiliter exiſtimat percutere Petrum Clericum, et percutit Paulum Clericum, non incurrit, modo ſufficientem diligentiam adhibuerit, neque qui putat occidere Paulum Clericum occidit Petrum. laicum Suar. n. 52. et ſeqq.

Nota 6. in hac cenſura comprehendi etiam Mandantes talem percuſſionem fieri, ratam habentes eorum nomine factam, conſẽtiẽtes, aux. aut fau. præſtantes ſequuto effectu. Item non impedientes talem percuſſionem ſi teneãtur ex iuſtitia, vt Superiores, Miniſtri eorum, Patres, Domini, et ſimiles, vel ex charitate, in caſu, quo poteſt impediri ſine proprio periculo, et damno in aliqua extrema, vel graui neceſſitate.a De Clerico autem conſentiente in ſuam percuſſionem, quæ ab alio fiat, dic ipſum non incurrere, ſed eſſe excommunicandum, quia non tam cenſetur conſentire quam permittere ad euadendam maiorem alterius offenſionem; ſed percutiens incurrit, ſi illius actio eſt ordini Clericali

a Mulieres, & e. quantæ de ſent. exc. & c. cum quis eod. in 6.

a Suar. n. 58. in iurioſa, alias non:[a] denique ſi animo irato Clericus ſe ſe percutit, et percuſſio pertingat ad mortale peccatum, incurrit, licet id alii negent.[b]

b Nau. c. 27. nu. 79.

Nota 7. circa abſolutionem, hanc cenſuram reſeuari Papæ, ſub quo intellige etiam eius legatus à latere, quia ſub Iudice ordinario, comprehenditur qui eius vices gerit;[c] alii vero inferiores non poſſunt ab hac cenſura abſoluere, exceptis his caſibus primo in articulo, vel periculo mortis accepto prius ab eo, iuramento comparendi ad Papam, vel eius legatum, vt ſi ſuperuiuat, mandatum Apoſtolicum ſub tali accepturus: 2. abſque tali limtatione comparendi poſſunt ab Epiſcopis abſolui Mulieres, Senes, Valetudinarii, et ii etiam qui ſunt impediti Membrorum deſtitutionibus; quibus etiam adduntur qui ſui Iuris non ſunt vt mancipia, Impuberes, pauperes, niſi ſint ſani, et ſoliti mendicare; Item omnes alii, qui ex rationabili cauſa Pontificem adire non poſſunt, vt qui ſubuenire tenentur Parenti grauiter indigenti, vel alere Vxorem, filios, aut qui exercent officium publicum, vel priuatum, quod ſine graui detrimento, vel periculo deſerere non poſſunt, & ſim.

c Cap. ad eminentiam de ſent. exc.

Quando

Quando vero impedimentum ſit ſufficiens, vt cenſeatur iuſtum et excuſet, relinquitur arbitrio Viri prudentis: ætas etiam iuuentutis excuſat quia Regulariter itineratio Iuueni eſt animæ et moribus periculoſa, niſi ex circunſtantiis non ita ſit. a ceſſantibus tamen his cauſis non poteſt Epiſcopus in graui percuſſione abſoluere, ſed tantum in leui in quolibet caſu b ſuos ſubditos, ſicut Prælatus Regularis ſuos etiam, niſi ex cõditione loci, et perſonæ, iudicetur grauis: ob ſcandalum graui. &c.

a Ang. exc. 5. n. 56. Suar. nu. 67.

b Nau. n. 91.

Secunda excommunicatio eſt contra eos qui cum fuerint excommunicatio a Delegato Papæ, permanſerunt in ea per annum, quo tranſacto, et nondum ſublata intra illum annum reſeruatur Papę. c

c Cap. quęrenti de off. deleg. & ibi Nau.

Tertia excommunicatio eſt contra falſarios literarum Apoſtolicarum; quæ licet nemini reſeruetur in c. ad falſariorum de crimine falſi, hodie tamen eſt in Bulla Cœnæ reſeruata; quam potes videre ſup. in eius explicat.

Quarta excommunicatio eſt contra eos, qui cum fuerint etiam generaliter ab Epiſcopo excommunicati, eo quod literas falſas habentes intra viginti dies eas non deſtruunt, aut reſignant,

tunc iis elapſis remanent poſtea in excõmunicationem Papæ. reſeruata, vt ex cõmuni aſſerit Suarez.[a]

a Cap. dura eod. tit. & Suar. loc. cit. ſect. 3. nu. 3.

Quinta excommunicatio eſt contra Incendiarios, qui poſtquam fuerint ab homine excommunciati et denuntiati, reſeruatur Papæ, præmiſſa reſtitutione. [b] vbi.

b Cap. tua nos de ſent. exc.

Nota primo non eſſe neceſſarium vt denuntientur nominatim, ſed ſatis eſt, eſſe generaliter denuntiatos, et ex comuni nomine ſumpto ex tali crimine

Nota 2. hanc cenſuram complecti Incendiarios quoſcunque non tantum Eccleſiarum, ſed etiam domorum, locorum, ſegitum, oliuetuum, et ſimilium.

Per Incendiarium intellige non tãtum eũ qui cõſueuit id facere ſæpius ex habitu vitioſo, ſed etiã eum, qui ſemel id egit ex certa ſcientia, et praua voluntate, ſi enim ex negligentia tantum etiam culpabili notabiliter, non autem directa intentione id ageret, in Rigore non diceretur Incendiarius ex [c] Caiet. et Suarez. num. 20.

c Nau. c. 17. nu. 100. & c. 27. nu. 94.

Sexta excommunicatio eſt contra Sacrilegos aſtringentes, et ſpoliantes Eccleſiam aliquam et reſeruatur Papæ.[d] Circa quam:

d Cap. cõqueſti de ſent. exc.

Nota

Nota primo hanc excommunicationem eſſe potius latam, quàm ferendam vt ex comuni aſſerit Suar.num. 6. quamuis ex verbis textus in rigore ſumptis, vbi exprimuntur ſi tales denuntientur, excommunicati, poſt denuntiationem. eſſe hanc cenſuram reſeruatam, non coligatur excommnnicatio lata, ſed ferenda; cenſet enim Suarez. ibi contineri excommunicationem latam hoc ipſo, quod cum pręcipiat aliquid quod ſupponit excommunicationem latam, et non inueniatur in aliquo iure priore, neceſſe, eſt, vt ab ipſo Sum. Pont. virtualiter feratur et quaſi implicite.

Nota 2. ad incurrendam hanc cenſuram requiri vtramque actionem effractio nem ſcilicet & ſpoliationem Eccleſiæ, ſi perueniatur ad quantitatem, quæ in materia Sacrilegij, ſatis ſit ad peccatum mortale vnde ſi tantum effringatur et nõ ſpolietur, vel è contra ſpolietur, et non effringatur non incurritur.

Per ſpoliationem intellige quamlibet Rapinam, vel graue furtum; Per effractio nem vero quamlibet violentam aperitionem Eccleſiæ, ſiue confringãtur ſerę, ſiue murus, ſiue tectum etc. vnde ad hoc vt incurratur hęc cenſura neceſſario requiritur

ritur etiam vt effractio fiat per violentiam, non autem per artem vt ſi claue ſimili; vel adulterina aperiantur fores. [a]

a Nau. et ſuar. locis citatis.

Per Eccleſiam hic intellige non ſolum Templa publica dicata, et Sacrata, ſed etiam Monaſteria, Hoſpitalia, et alia loca pia per Epiſcopum Sacrata. Denique ſiue eiuſmodi excommunicatio ſit lata à iure, ſiue ab homine reſeruatur Papę poſtquam eſt denuntiata, ante vero denuntiationem probabilius eſt, non eſſe eam reſeruatam. quicquid alii dicant. vt ex Caiet. et Suar. nu. 14. conſtat.

Septima excommunicatio eſt contra eos, qui in perſonis, aut bonis ſuis, aut ſuorum grauant illos, qui ſententiam excomm; ſuſp. vel interdicti in aliquem tulerunt, et reſeruatur Papæ. [b] poſt duos menſes ab illato grauamine. Vbi.

b quicunque de ſent. excom. in 6.

Nota primo hanc cenſuram incurri ob tres actiones, prima eſt dare licentiã aliis ad inferendum huiuſmodi grauamẽ, et hoc modo effectu ſequuto comprehẽdit Reges, et alios in ea nominatos; vbi aduerte grauamen per talem licentiam illatum in perſonam ſtatim ſine mora inducere hanc cenſuram, poſt ſequutum effectum, alias non; ſed illatum in bona, illam inducit, ſi non reuocetur licentia

re

re integra ideſt antequam ſequutus ſit aliquis effectus, vel ſi effectus ſit ſequutus et intra octo dies nõ ceſſet iniuria,& bona non fuerint reſtituta,aut pro eis ſatisfactum: 2.Actio eſt exequi talem licẽtiam faciendo aliquam actionem ex ibi numeratis, vt occidere,capere,aut grauamen aliud inferre talibus perſonis vel in ſe ipſis, vel in bonis ſuis,aut ſuorum, vbi grauamen debet intelligi cum ea diſtinctione ſupra poſita, niſi ſcilicet intra octo dies non reſtituantur bona ſublata: 3. Actio eſt committere tale delictum propria auctoritate abſque aliqua licentia,id autem etiam intellige cum eadem limitatione,ſeu diſtinctione.

Nota 2. eiuſmodi grauamen debere eſſe per actionem iniurioſam, et contra iuſtitiam vt incurratur cenſura,ſiue illud fiat contra Iudicem, qui ſententiam tulit, ſiue contra eum,qui dedit occaſſionẽ ferendæ cenſuræ ſiue contra eum qui talem ſententiam obſeruat, vel non vult communicare cum tali excomm.ſemper incurritur cenſura. [a]

Ottaua excõmunicatio eſt 1.cõtra eligentes in Senatorẽ Romanũ, aliquẽ Imperatorem,Regem, aut Procerẽ potẽtia inſignem eiuſue fratrẽ, filiũ, aut Nepotẽ: 2. con-

[a] Suar. diſ. 22. ſect. 3. n. 2. & ſeqq.

2. contra ſic electum, et illius electioni cō ſentientes ſine conſenſu Papæ. 3. contra eos qui ad hoc dederint aux. Cōſ. aut fau; ſed hodie parum eſt in vſu hæc cenſura, quia ſenator à Papa eligitur.[a]

a Cap. 17. fundamenta de elect. in 6.

Nona excommunicatio eſt contra violantes interdictum aliquo ex modis infra dicendis; & reſeruatur Papæ.[b] Hinc.

b Clem. 2. grauis de ſenten. excom.

Nota quatuor interdicti violationes hic puniri, prima eſt cogere in loco interdicto quemquam quomodolibet celebrare diuina officia, vbi particula, quomodolibet ſignificat omnem modum coactionis ſiue fiat in propriam perſonam, ſiue in conſanguineos, ſiue in bona eius: 2. eſt euocare aliquos cenſura præſertim ligatos ad ea audienda, quod non modo verum eſt euocantur publice per campanæ pulſationem, vel vocem præconis, ſed etiam quando clam per Nuncium, vel alio modo: 3. eſt prohibere ne excommunicati publicè, aut interdicti exeant ab Eccleſia iam interdicta, de qua hic eſt ſermo, non autem de non interdicta, dum in ea Miſſarum ſolemnia fiunt, vbi aduerte etiam eſſe ſermonem de Miſſa, non de allis officiis diuinis ſicut eſt in præcedentibus actionibus; quæ prohibitio intelligitur quatenus procedit

c Ang. & Suar. nu. 32.

dit à perſonis habentibus iuriſdictionem ſiue Domini temporales ſint ſiue Eccleſiaſtici. 4. eſt ſi publice excommunicatus & interdictus in Eccleſia exiſtens, & nominatim admonitus à celebrante tempore Miſſæ, non autem aliorum diuinorum officiorum, vt exeat, et exire nolit. vide ſup. cap. 7. nu. 1.

a extrau. 1. de ſepult.

Decima excommunicatio eſt contra exenterantes, et dilacerantes cadauera humana et reſeruatur Papæ. Vbi nota primo hanc cenſuram eſſe generaliſſimã et quoad corpora defunctorũ, et quoad facientes, ſeu mandantes fieri aliquam ex his actionibus prima exenterare: 2. partiri, vel dilacerare humana corpora: 3. coquere; 4. nudare oſſa, vt aliò deferãt.

Nota 2. hanc cenſuram non habere locum in iis qui in locis catholicorum aliquam actionem ex dictis faciunt, vt in eodem loco fidelium, vbi moritur ſepeliatur. neque ſi id fiat in locis infidelium etiam hæreticorum, vt ad fidelium loca, tranſportata ſepeliant neque ſi id fiat etiam in locis fidelium ex alia cauſa; vt ex odio, ex publica iuſtitia, vel cauſa chirurgiæ, anotomiæ etc. vnde ad incurrendam hanc cenſuram neceſſario requiritur vt aliqua ex dictis actionibus fiat in locis

fi-

fidelium ad tranſportandum oſſa fidelis ad alia loca fidelium. vt ex Caiet. Silu. et aliis docet Suar.[a]

[a] Loc. cit. ſect. 5. nu. 3. & 4.

Vndecima excommunicatio eſt contra dantes, et recipientes tacite vel expreſſe aliquid tẽporale ob ſpirituale ad miſſionẽ ad ſtatu Religionis ex reali pacto, et cõuentione & reſeruatur Papæ.[b]

[b] extrau. 1. de ſim.

Hæc cenſura non habet locum in Monialibus, pro quibus licitum eſt dare et recipere in earum ſubſtentatione ex pacto & cõuenctione vt dictũ eſt ſupra;[c] ſed ſed hic prohibetur ſimoniaca actio orta ex reali pactione dandi et recipiendi etc.[d]

[c] Cap. 3. exc. n. 4.

[d] Suar. diſp. 22. ſect. 5. nu. 6.

Duodecima excommunicatio eſt cõtra ſimoniacos qui in Ordine ſuſcipiẽdo, et Beneficio conſequendo committunt Simoniam realem, et conſumatam, non autem conuentionalem aut mentalem et reſeruatur Papæ.[e]

[e] extrau. 2. de ſim inter. com.

Hæc cenſura comprehendit omnes etiam Reges, & Cardinales, & prohibet actiones quatuor prima dare: 2. recipere 3. intercedere per modum Mediatoris ad contractum, 4. procurare illum. Quæ habet locum non ſolum in Ordine et Beneficio, ſed etiam in officio ſpiritualis regiminis vt Prælati in Religione, ſiue ſimonia ſit publica, ſiue etiam Occultiſſima

ma [a] vide ſupra cap. 2. num. 4.

Decimatertia excommunicatio eſt cōtra Omnes, qui per collationē, electionē, præſentationem, vel per quemcunque alium modum recipiunt vel retinent beneficium Eccleſiaſticum in confidentiam & reſeruatur Papæ. excipiuntur Cardinales et alii Prælati.

Hinc Nota hanc cenſuram incurrere non dantem, ſed tantum retinentem ſeu recipientem beneficium in confidentia vt ſi quis illud recipiat, vt eidem poſtea reſtituat, vel alteri det, aut illius fructus, eorumue partem, aut penſionem eidem, vel alteri ſoluat, [b] etiamſi id fiat ſine pacto expreſſo, ſed ex ſola tantum dimittētis intentione, quacunque ratione cognita à recipiente, ſiue ex coniecturis, ſiue ex nutibus, modo ſint adeo vehementes vt ſufficiant ad id probabiliter credendum, tunc enim illa cognitio ſufficit ad cenſuram; imo etiamſi illud recipiat cum prædicta intentione confidentiæ, ſine intentione poſtea operandi iuxta illam, ſed animo decipiendi dantem. [c]

Decimaquarta excommunicatio eſt contra omnes aſſerere præſumentes eſſe hæreſim, vel Peccatum Mortalem, Beatiſſim. Virginem eſſe vel non eſſe Conceptam

a Caiet. Nau. & ſuarez. n. 22. & 24.

b ex trau. 87 intolerabilis. Pij V.

c Suar. loc. cit. ſect. 6. nu. 17.

ceptam in peccato originali; vel præſumentes affirmare,eſſe hæreſim vel peccatum mortale prædicta credere,aut legere tenere,vel habere libros continentes talem doctrinam et reſeruatur Papę. vide ſupra.[a]

Decimaquinta excommunicatio eſt contra violantes clauſuram Monialium ad malum finem,vide declarationem decreti Cong.Card.relatam à Quaranta.[b] et reſeruatur Papæ. eamdem excommunicationem contrahunt primo omnes vtriuſque ſexus ingredientes Monaſteria Monialium tàm ſub prætextu licentiarũ ſibi à Sede Apoſtolica conceſſarum, quã ſine eo,vt in Bulla regulariũ Pii V;et Dubiisq;ac Vbi gratiæ Greg.13.aſſerit Nau.[c] quam confirmauit,et ampliauit Paul.V.[d] 2.contrahunt ſimilem Papalem excommunicationem ii, qui vtuntur dictis licẽtiis:et Religioſæ perſonæ eos recipientes:3.omnes etiam vtriuſque ſexus dicta Monaſteria ingredientes extra neceſſitatem etiam cum licentia ordinariorum:[e] Adde hic aliam excommunicationem ſed nemini reſeruatam contra omnes cuiuſcunque generis, aut conditionis, ſexus, vel ætatis,qui ſine Epiſcopi,vel ſuperioris licentia in ſcriptis obtenta ingreſſi

a In c. 3. nu. 5.

b Verb. caſus.

c Cap.27.n.150.

d Extrauag.74. Monialium ſtatui & Extrau. regularium 22. Pij V.

e Extrauah. Vbi gratiæ.

greſſi fuerint intra ſæpta Monaſterii Monialium. [e]

Decimaſexta excommunicatio eſt cõtra fingentes ſe Nepotes, Germanos, aut familiares et continuo commenſales eſſe Cardinalium, aut aliorum qui ex priuilegiis, vel antiqua conſuetudine literas Apoſtolicas gratis expedire ſolent, vt eas gratis expediant, & reſeruantur Papæ, [a] ſed hodie non videtur habere locum, & ideo à multis omittitur.

e Conc. Trid. ſeſſ. 25. c. 5. de regul.

a extrau. 7. cum ſciat Inn. 8.

Decimaſeptima excõm. eſt cõtra eos, qui lapides ſeu alia ornamenta de Eccleſiis, vel aliis locis Sacris ſurrepta habent aut in ſurripiendo, ſeruando, vel retinẽdo aux. aut fauorem præſtant, niſi à die habitæ huius excomm. notitia cum effectu reſtituant, & reſeruatur Papæ. [a]

a extrau. 3. cum prouide Sixt. 4.

Decimaottaua excommunicatio eſt primo contra Surripientes, inſtrumenta, libros, & alias ſcripturas Cam. Apoſt. vel ſurrepta habentes, detinentes, & non reſtituentes Cuſtodi archiuii d. Cam. aut Commiſſario generali: 2. contra ſcientes eorum raptores, ſeu detentores et non reuelantes Theſaurario, aut Commiſſario d. Cam. & reſeruatur Papæ. [a]

a extrau. 14. cũ acceperimus Iul. 3.

Decimanona excommunicatio eſt cõtra ambientes per ſe, vel per alios Papa-

K tum,

tum, eiuſque cauſa ſimoniam committentes, vel viuentes Papa, de futuro Pontifice eligendo, et reſeruatur Papæ, vt cõſtat ex conſtit. Paul. 4. circa cuius finem extat alia excomm. nemini reſeruata cõtra omnes etiam Cardinales, Reges, & Imperatores, qui aſſerunt d. excomm. contra ambientes papatum, eſſe iniuſtã, illicitam, aut iniquam, eamue non valere in toto vel in parte, aut fieri non debuiſſe. a etc.

a extrau. 38 cũ ſecund. Paul. 4.

Vigeſima excommunicatio eſt contra ſupponentes in examine pro aliis ad obtinenda beneficia, vel offerentes penſiones annuas, vel impetrantes beneficia aliis, vt aliquid ipſi conſequantur, vel pro ſe ipſis, vt aliis reſignent cum penſione, vel ſine penſione et reſeruatur Papæ. a

a extrau. 33. inter cet. Paul. 4.

Vigeſimaprima excommunicatio eſt contra deferentes, a lumina ex infideliũ partibus, ad partes fidelium: quæ comprehendit etiam ea conducentes, ementes, vendentes, laborantes, et Sede illis quomodolibet immiſcentes, ſocios familiares complices, ſequaces et ſimiles fautores & reſeruatur Papæ.

a extrau. 43. ex Apoſt. Pij 4.

Vigeſimaſecũda cxcommunicatio eſt contra omnes etiam Cardinales, qui literas, aut cuiuſuis generis ſcripta, ſeu Nuntium,

tium vel,notam,aut ſignum ad eos qui in conclaui ſunt,mittunt ſeu recipiunt, vel è contra,è conclaui ad eos qui foris ſunt, id ipſum faciunt,reſeruatur Papæ. [a]

Hanc cenſuram,exiſtimo,ſolum habere locum in iis, qui clauſo conclaui mittunt, ſeu recipiunt ſcripturas tangentes aliquo modo futuri Summi Pontificis electionem.et non alias, quamuis per hãc cõſtitutionem prohibeatur omne genus ſcripturæ,quia extat alia excommunicatio nemini reſeruata.quæ huiuſmodi delinquentes ligat,quam videre potes in c. Vbi periculum.[b]

a extrau; 81. in eligend. Pij 4.

b §. nulli de elect. in 6.

Vigeſimatertia exommunicatio eſt contra ſcientes,& non reuelantes Papæ, ſi in curia fuerint, vel ordinario loci, aut aut viciniori ordinario Authorem, Adminiſtratorem. vel conſcium coniurationis,ſeu conſpirationis aut cõmiſſi, comittendiue criminis in perſonã Cardinalis, illiusve fautores,receptatores, vel occultatores,ſiue id cognouerint ex renunciatione ſibi,vel per interpoſitã perſonam, aut per literas facta, ſiue qualemcũq; de hoc ſcientiam habuerint, vel etiam coniecerint ex ſcripturis,cœtu,conatu, concurſu, inſidiis, aliiſue ſignis et indiciis, quantumcunq;res aliàs occulta ſit; quod

ſi crimen non dum commiſſum ſit; tenentur ſub eadem excommunicatione feſtinanter reuelare ipſimet Cardinali, in quem crimen committendum erit, & reſeruatur Papæ.[a]

a extrau. 93. in feticis ſeculi, Pij V.

Vigeſimaquarta excommunicatio eſt contra eos, qui Chriſtianos in Terris occupatis à Turcis habitantes, capiunt in ſeruos, aut præter eorum voluntatem data etiam mercede eoſdem remigare cogunt, vel eorum bona diripiũt, aut eos cum coniugibus liberis, & bonis ſuis libere abire non permittunt et reſeruatur Papæ.[a]

a extrau. 56. licet omnibus Pij V.

Vigeſimaquinta excommunicatio eſt contra recipientes in Papam, eum, qui tantum fuerit à tertia parte Cardinaliũ electus; et contra conſentientem tali ſuæ electioni, et nemini reſeruatur ſecluſo ſchiſmate:[a] ſed hic ſemper ſolet interuenire ſchiſma, et conſequenter reſeruatur Papæ in Bulla Cœnæ.[b] caſ. 1.

a Caiet. 19.

b Suar. diſp. 23. ſect. 3. n. 2.

Vigeſimaſexta excommunicatio eſt contra accipientes aliquid ex fructibus primi, vel inferioris anni beneficii vacantis in collatione, aut alia prouiſione ſeu admiſſione in poſſeſſionem illius ſiue id habeant, & priuilegio, ſiue ex ſtatuto ſiue etiam ex antiqua conſuetudine, & reſer-

et reſeruatur Papæ [a] contrahunt eandem excommunicationem primo ii, qui aliquem ſiue ordinaria, ſiue Apoſtolica auctoritate prouiſum de beneficio indurunt ad præſtandum iuramentum antequam illius poſſeſſionem capiat, de obſeruandis ſtatutis ſuper hoc editis, etc. 2. qui impediunt aut remorantur poſſeſſionem illi prædicta non facienti hæcq. habet locum in quibuſuis beneficiis, dignitatibus, canonicatibus, præbendis, et officiis eccleſiaſticis.

a Extrau. 106. durum nimis Pij V.

Nota hic per hanc conſtitutionem nō eſſe ſublatas conſuetudines, quibus imponitur onus beneficio, et non beneficiato, vt fructus vacantis beneficii cedant inutilitatem fabricæ vel ſacriſtiæ eccleſiæ aut alterius pii loci, ſecus autem in vtilitatem epiſcopalis, aut capitularis menſæ, aut ſingulorum [b] vt hic vide quod declarauit Congreg. Card. in d. c. conc. in vna Burgen. beneficii, et in altera Palentin. fol. mihi 75.

b Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 14. de ref. & Philiar. de off. ſacerd. l. 3. c. 30. caſu 25

Vigeſimaſexta excommunicatio eſt contra omnes etiam Cardinales, Duces, etc. qui per ſe, vel per alios inſinuunt, vel ſuadent Summo Pontifici tractant, conſulunt, aut verba faciūt, vt oppida, et loca ſedi apoſtolicæ deuoluta, et deuoluenda,

 alienet,

alienet. infeudet, etiam ex cauſa permutationis, aut ſub prætextu neceſſitatis, vel euidentis vtilitatis dictæ ſedis, vel ex quouis alio titulo, et occaſione, et reſeruatur Papæ [a]

a Extrau. 35. admon. nos Pij V.

Vigeſimaſeptima excommunicatio eſt 1. contra promittentes, dantes, vel recipientes aliquid pro iuſtitia vel gratia obtinenda apud ſedem Apoſtolicam 2. contra id ſcientes, et non reuelentes infra triduum à facta correptione fraterna; quam non eſſe admodū in vſu exiſtimo: 3. contra vtentes ſic obtentis: 4. contra præſtantes in hoc auxilium, conſilium vel fauorem, et reſeruatur Papæ. [a] Clemens vero octauus multis numeris laudatiſſimus præcepit, vt eadem hoc cenſura reſeruata, habeat locum etiam contra omnes ſupradictos pro gratia, vel iuſtitia obtinēda delinquentes in eiſdem actionibus apud quæuis Tribunalia, et eorum quoſcumq. Iudices etiam laicos Almæ Vrbis, in curia, et extra eam in quibuslibet locis temporali ſedis apoſtolicæ ditioni mediate, vel immediate ſubiectis; quare omnes perſonæ, et actiones in conſtitutioue Greg. 13. prohibitæ, comprehenduntur etiam in hac Clem. 8. Circa quam Gregorii conſtitut.

a Extrau. 103. ab ipſo pontifica. Greg. 13.

b Extrau. x. pro commiſſa §. 22. Clem. 8.

integrum

integrum confecit opus Doctor Nauarrus, quod habetur in fine tom. 2. ſuorum operum, ex quo hæc annotaſſe ſatis eſſe exiſtimaui. Notandum eſt igitur primo quoad perſonas comprehendere omnes vtriuſq. ſexus laicos, et eccleſiaſticos regulares, et ſeculares cuiuſcumque dignitatis etiam Epiſcopos, et Cardinales, et quoad peccatum etiam Papam, quia omnia quæ hic prohibentur, videntur eſſe emptiones, et venditiones iuſtitiæ, et gratiæ, quæ iure naturali vel diuino, quibus omnes ligantur, vetantur emi vel vendi, [c] vbi gentium, et locorum nota 2. Actiones hic prohibitas ſecundum Nau. eſſe 16. cum omiſſione, et ob quamlibet ex his incurritur hæc cenſura, [d] 1. paciſci cum iudice pro gratia vel iuſtitia obtinenda, aut cum tertio vt eam procuret fieri, licet effectus dandi non ſequatur: [e] 2. promittere eodem modo aliquid etiam paruum quod tamen mouere poteſt animum à recto iuſtitiam vel gratiam concedentis, aut procurantis eam: 3. [f] acceptare talem promiſſionem illicitam, vel etiam generaliter, et licite factam ad finem corrumpendi animum ſuum, et deuiandi à recto ab ſpem obtinendi ex

c Nau. loc. cit. n 4. §. 3. & num. 11. §. 2. & fin.

d idem n. 13 & ſeq.

e idem n. 16. & ſeq.

f idem n. 21. & ſeq.

g n.24. & ſeq. illa aliquod notabile bonum [g] licet datio non ſequatur: 5. recipere rem promiſſam illicitam, et de ſe mortiferam im-
h n.31. & ſeq. pactum deductum [h] 6. promittere Tertio vt mediatori ſeu proxenetæ inutilitatem impetraturi gratiam, vnde lucrũ non manet in dicto tertio ſed in vtilitatem gratiam impetraturi mediante dict.
i n. 30. tertio 7. acceptare talem promiſſionem: 8. dare vel recipere ſine promiſſione vel pactione, quæ in hoc diſtinguitur à quarta, et quinta, quia illæ ſupponunt pactionem ex promiſſione, iſtæ vero dationem ſiue promiſſione in pretium non in mer-
l n. 31. cedem, [l] etc. 9. omittere denunciationem huius criminis intra triduum à fraterna facta correptione, et non ſequuta emen-
m n.37. datione [m] 10. vti ſcienter illicita gratia, vel iuſtitia obtenta, quia eſt nulla, et ideo
n num. 4. malum illa vti. [n] ſordide nundinari expeditiones, ideſt emere aut vendere gratiã vel iuſtitiam in conquirendis expeditionibus negotiorum, vt qui ſe iactat habere fauores potentiorem, quamuis nil aliud faciat, niſi pactum, vel promiſſionem, quia id illicitum eſt, et graue pec-
o Molin. tract. 2. de iuſt. & iur. diſp. 92. catum. [o] 12. ambire donis, et pollicitationibus ſordide apud eos, quos gratiã præſtare arbitramur apud eos qui eam

facturi

facturi ſunt, quamuis non ſequatur, nec dona acceptentur, quod differt à ſexta, quia illa eſt de promittente tertio tamquam proxenectæ in vtilitatem impetraturi, hæc autem de promittente vel dante tertio, quaſi proxenetæ, apud quem lucrum promiſſum per munera illicita eſt remanſurum.[p] 13. fingere mendacem pactionem pretii, vel muneris etiam non obtenta gratia vel iuſtitia, vt qui mendaciter fingit ſe dediſſe pretium vel promiſiſſe ei, qui gratia valet apud eum qui gratiam vel iuſtitiam eſt facturus, et poteſt mouere ad eam faciendam etiam ea non obtenta.[q] 14. auxiliari: 15. conſulere: 16. facere ad aliquam actionem ex præfatis, monendo, perſuadendo, precando, præſupponendo, vel præponendo vtilitatem inde ſequuturam, ſequuto effectu conſilii, auxilii, vel fauoris, etiam non ſequuta, aut obtenta gratia vel iuſtitia; idq. ſiue pro ſe, ſiue pro alio occulte vel manifeſte, directe, vel indirecte faciat.[r]

p Nau. loc. cit. n. 41.

q idem n. 42.

r idem n. 12. 25. 27. 42. & 44.

Ad incurrendam igitur hanc cenſurã requiritur vt quis faciat aliquam actionem ex dictis, quæ ſit contra ius naturale, vel diuinum, aut humanum; quod cognoſcitur ſi fiat 1. ad corrumpendum

Iudicem ſiue in criminalibus ſiue in ciuilibus cauſis tam pro iuſtitia temporaliũ, quàm ſpiritualium illicite obtinenda, pro quibus acquirendis etiam ſi aliquo iure debita ſint, nullum tamen pretium dari, nec vlla pactio pro his fieri poteſt: 2. ſi fiat pactio ad perſuadẽdum Iudici quod cupit non conſiderando, an ſit iuſtum necne: quia eſt contra ius naturale paciſci dare aliquid Iudici, vt certam pro eo in re dubia ferat ſententiam, volens abſolute habere pro ſuo id de quo dubitat an ſit ſuum: 3. quæ dicta ſunt de pactione dandi aliquid Iudici pro iuſtitia facienda, intellige de pactione dandi aliquid procuranti illam: 4. hæc omnia ſupradicta habent etiam locam in pactione dandi aliquid pro gratia obtinenda ab inferiori Papa vel tertio vt eam ſibi, vel aliis à potenti illam concedere procu-
f idem n. 16. ret, f quia iuſtitia, et gratia ſuapte natura ſunt res ineſtimabilis, et per conſequens inuendibiles. ex his omnibus collige hanc cenſurã, 1. non habere locũ in eo, eum, qui aliquid dat, quod nullo modo Iudicis animum à recto flectere poteſt conſiderata conditione perſonarum
t not. 3. n. 5. & not. 10. n. 20. temporum, et locorum. t 2. nec in promiſſione non prohibita iure naturali, vel diui-

diuino, aut humano 3. nec in promiſſione gratitudinis iure naturæ debitæ, verbis vel ſcriptis generalibus, ſine animo ad aliquid ſpeciale ſe obligandi ciuiliter ſed ad ſolam complacentiam ex vrbanitate [u] 4. neque indatione, vel receptione non obtinendam iuſtitiam vel gratiã ſed ob aliquam aliam cauſam, vnde quæ dantur Iudici, Notario, Aduocato, & Aliis ſim. tanquam lege, conſuetudine, vel ſtilo debita non inducunt hanc cenſuram [x] 5. neque indatione, & receptione xeniorum, & munerumque circa Domini natalitia dantur Auditoribus Rotæ, & quibuſcumq. aliis Iudicibus inſignum gratitudinis pro ſtudio, et labore quæ ſuſcipiunt in cognoſcenda cauſa, modo talia non ſint, vt probabiliter moueant animum illorum à recto inſpecta qualitate perſonarum, etc. [a]

[u] no t. 11. n. 21. & ſeq.

[x] not. 12. n. 26.

[a] not. 20. n. 35.

Quæ dicta ſunt de datione, et receptione xeniorum, et munerum Iudicum facienda Iudicibus, intellige de vtraq. facienda Auctoribus gratiarum, et eas impetrantibus. [b]

[b] nau. loc. cit.

Nota etiam hic tria 1. vtẽtes impetratis per ſordes præter eorumdem nullitatem, incurrere etiam hanc eenſuram: 2. facientes aliquam ex dictis actionibus prohi-

prohibitis dolo, et temeritate eamdem incurrere, ſecus ſi bono, et ſimplici animo faciunt: 3. ligatos hac cenſura teneri antequam abſoluantur, male ſic accepta pauperibus reſtituere, et non danti, etc. [c]

c not. 23.

Vigeſimaoctaua excommunicatio eſt contra omnes epiſcopis inferiores, qui ſiue in genere, ſiue in ſpecie præſtant, reddunt, vel exigunt iuramenta illicita, impoſſibilia, damnoſa, vel Eccleſiaſticæ libertati aut decretis Conc. Trid. obuiantia, ſiue ante, ſiue poſt electionem, cõfirmationem, prouiſionem, receptionem, aut in admiſſionem alicuius primò ad quoduis beneficium, ſeu officium Eccleſiaſticum prætextu cuiuſuis ſtatuti, vel antiquæ conſuetudinis, quocumque tempore obſeruatæ, & reſeruatur Papæ. [a] Hæc cenſura extenditur etiam contra laicos talia iurantes, vel iurare facientes eos, qui primò aſſumuntur in aliquod laicale officium.

a. extrau. 107. inter apoſtolic. Greg. 13

Vigeſimanona excommunicatio eſt 1. contra omnes notorios criminoſos, & diffamatos qui animalia, iumenta, aliaſq. res, & bona cuiuſcumq. generis, & ſpeciei in ſtatu Eccleſiaſtico diripiunt, abducunt, & furto ſubtrahunt: 2. contra

omnes

omnes etiam laicos, & Eccleſiaſticos regulares,& ſeculares cuiuſcumque ſtatus conditionis, ſexus, dignitatis, & præeminentiæ in Italia exiſtentes, qui ſcienter emunt, permutant, ſeu ab eis illa quouis modo recipiunt, et cum eiſdem contrahunt, ſeu quouis titulo, colore, cauſa, vel prætextu penas ſe habent, et retinent, et reſeruatur Papæ. a

a extrau. 110. non ſine Greg. 13.

Trigeſima excommunicatio eſt contra omnes ineuntes contractum, ſeu vt vulgo dicitur, ſcommeſſa ſuper vita, morte, vel futura Summi Pōtificis creatione tàm eo viuente, quàm Sede Apoſtolica vacante, vel ſuper futura Cardinalium creatione, et reſeruatur Papæ.[a]

a extrau. cogitnos Greg. 14. edit. 2. Martii 1591.

Hæc cenſura quoad perſonas comprehendit omnes, etiam Cardinales Reges, et Imperat. qui non ſolum de his contractum ineunt, ſed etiam, ſi id permittūt in ſuis dominiis in quolibet loco chriſtiani orbis, nec non dantes in prædictis auxilium, conſilium, vel fauorem, quoad actiones vero prohibet inire promiſſiones, ſtipulationes, pacta aut quemcunq. alium contractum nominatum vel innominatum publice, vel priuate ſiue per cedulas, apochas, etc. fiant huius modi promiſſiones(ſeu ſcommeſſe)

meſſe) ſiue etiam verbo tantum data fide vide d. extrau.

Trigeſimaprima excommunicatio eſt contra omnes quacumque dignitate, et auctoritate prædictos, qui præter vel contra formam conſtitutionis Greg. 14. attentare præſumunt, eos per vim extrahere ab Eccleſijs, Monaſteriis, Domibus, ſacellis regularibus, et ſecularibus, locisue ſacris, qui ad ea confugerunt ob delicta excepta indicta conſtit. [a] et reſeruatur Epiſcopo, quamuis alii id negent. vide praxim Neapolitanam Montis Marani in c. 22. laici ex vi huius conſtitut. confugientes ad aliquē ex præfatis locis gaudent Eccleſiaſtica immunitate, et nulla ex cauſa, et prætextu ex illis extrahi poſſint, niſi ſint 1. publici latrones, qui itinera frequentata obſidentes, viatores ex inſidiis aggrediuntur: 2. agrorum de populatores: 3. homicidia, et membrorum mutilationes in Eccleſiis, eorumue cæmiteriis committentes: 4. proditorie proximum occidentes: 5. aſſaſſini: 6. hæretici: 7. rei læſæ Maieſtatis in perſonam ipſiusmet Principis: Neque tunc hi à curia ſeculari ex dictis locis extrahi poſſunt in aliquo ex caſibus ſupradictis ſine expreſſa licentia Epiſco-

[a] extrau. hac perpetua, & extrau. cum alias Greg. 14.

Epiſcopi, eiuſue officialis, & cum interuentu perſonæ eccleſiaſticæ ab eo auctoritatem habentis, cognito primum per ipſum epiſcopũ ſeu ab eo deputatũ, vel eo abſente per Epiſcopũ viciniorem, an ipſi vere crimina ſuperius expreſſa commiſerint, & tunc demãdato Epiſcopi per Iudicem Eccleſiaſticũ omni appellatione remota curiæ ſeculari conſignari debẽt.
Hinc nota 1. quoad perſonas extrahẽtes hanc cenſuram comprehendere Iudices Capitaneos, Satellites, cæterosq. miniſtros ſeu officiales curię ſecularis, & alios quoſcumque quo ad actiones vero prohibere 1. capere: 2. extrahere: 3. incarcerare: 4. extractos ſeu captos à dictis locis ſine præfatis conditionibus non reſtituere Epiſcopo vel reponere ad carceres curiæ Eccleſiaſticæ, 5. non procurare eorum reſtitutionem, 6. impedire cognitionẽ criminis an ſit de exceptis in bulla.

Nota 2. Clericos in aliquo ex dictis caſibus delinquẽtes nullo prętexte poſſe à curia ſeculari extrahi à dictis locis, ſed tantum laicos cum conditionibus ſupradictis, nec etiam hos, ſi ſunt hæretici, quia cognitio hæreſis omnino ad forum Eccleſiaſticum pertinet.

Nota etiam: 3. ita formam ſupradictam

ctam ſeruari debere, vt etiam ſi notorie conſtet confugientem ad Eccleſiã commiſiſſe delictum exceptum in bulla, nihilominus Epiſcopus debet prius cognoſcere, ſi ille cõmiſit delictum axceptuatum,& poſtea conſignare curiæ ſeculari, quia forma hæc omnino ſeruanda eſt. vide d. praxim Montis Marani, [b] in qua docte declaratur dicta conſtit Greg.

b in cap. 22.

Trigeſimaſecunda excommunicatio eſt contra quoſcumque 1. qui quouis diſputandi, vel etiam veritatis indagandi queſito colore, directe, vel indirectè Societatis Ieſu inſtitutum, conſtitutiones, vel etiam aliquem articulum conſtitut. Greg. 13. impugnare, vel eis contradicere audent: 2. contra eos, qui ſiue extra ſiue intra dictam Societatem, notationes, declarationes, gloſas, vel alia ſcholia ſuper præmiſſis facere, vel ea niſi quantum verba ſonant, interpretari, aut de eis diſceptare ſeu ſcrupulum aliquod inijcere, vel in controuerſiam aut dubiũ reuocare quoquo modo audent, vel talia ad id pertinentia legere, docere, aliiſq. tradere, vendere aut apud ſe retinere præſumunt, niſi de illius Generalis, aut inferiorum Præpoſitorum licentia,& reſeruatur Papæ. [a] extat alia excommunicatio

a extrau. 102. aſcendente Domino Greg. 13.

catio in eadem extrau. contra eoſdem Ieſuitas deficientes à dicta Societate, et reſeruatur Papæ vel eidem Præpoſito Generali vide d. extrau.

Trigeſimatertia excommunicatio eſt contra omnes, qui in quibuſuis locis, modis, et formis, publice, vel priuatim, palam vel occulte ſingulare certamen ineunt, ſuadent, prouocant, vel aux. conſ. aut fau. præſtant, comitando, aut equos, arma, et commeatus præbendo, et reſeruatur Papæ. [a] Hæc cenſura quo ad perſonas, comprehendit omnes cuiuſcumq. ſtatus, conditionis, etc. quomodolibet in hoc peccantes in qualibet parte orbis terrarum, neminem excipiendo: quo ad actiones vero prohibet 1. prouocare quocunq. ſcripto, vel ſine ſcripto, expreſſe vel tacite, nomine proprio vel alieno: 2. offerre ſe ſpecialiter vel generatim contra certam, vel incertam perſonam ad probandum armis ita eſſe vel fuiſſe, etc. 3. quodcumq. ſcripturæ genus prouocatoriū dictare, diuulgare, affigere, exemplare, typis imprimere, componere, mittere, deferre, ſcribere, ſubſcribere, intimare, vel etiam verbo denuntiare ſeu atteſtari. 5. ad hæc aux. conſ. operam vel fauorem præſtare,

a Extrau. 11. illius vices Clem. VIII.

ſuadere, mandare, vel quomodolibet ſe immiſcere: 6. ſocios ſe præbere: 7. diffidationes facere: 8. inuitare: 9. pactiones inire in dirimendo certamine: 10. præbere occaſionem laceſſendi aliquem ad pugnam, et ſuſcitanæ ſimultatis, et inimicitiæ materiam: 11. aſtare, vel de induſtria intereſſe: 12. quoquo modo tandem huius criminis participes eſſe;

Nota hic ex dictis quodcumq. prouocationis genus ad pugnam armis factum inducere hanc cenſuram, etiamſi pugna ex aliquo impedimento non committatur cætera vide in d. extrau.

Trigeſimaquarta excõmunicatio contra omnes extrahentes frumenta, blada, et animalia extra ſtatum Eccleſiaſticum lata fuit nemini reſeruata à Greg. 13. [a] quæ ſublata à Clem. Octauo, fuit poſtea renouata à S. D. N. Paulo V. contra extrahentes frumenta, blada, legumina, et oleum tantum à locis immediate ſubiectis Sedi Apoſtolicæ, ad loca mediate ſubiecta, vel à locis mediate ſubiectis ad loca extra ſtatum eccleſiaſticum. Circa quam nota 1. in hac cenſura quoad perſonas comprehendi omnes cuiuſcumq. ſtatus, conditionis, et dignitatis ſupradicta ſic extrahentes, exceptis iis, quibus conce-

[a] Extrau. 53. vocatæs Greg. xiii.

conceditur licentia (vulgo dicta la tracta) chirographo manu Sum. Pontifi. ſubſignata, talia extrahendi titulo oneroſo congruæ ſolutionis, & exburſationis pecuniarum, aut ratione appaltum, & locationum, introituum, iuriumque & bonorum Sedis, & Cam. Apoſt. Quo ad actiones vero hic prohiberi 1. exportare: 2. conducere: 3. exportari ſeu conduci facere per ſe, vel per alium quouis prætextu, & quocumque tempore etiam nundinarum. [b]

[b] Extrau. 12. inter grauiſſimas Paul. V.

Nota 2. ſupradictas perſonas, ſic extrahentes tàm ſupradicta, quàm animalia etiam in carnibus, Agnis, Ouibus, vel alia id genus annonam, & graſciam concernentia, ligari cæteris pœnis in d. extrau. poſitis, amittendi ſcilicet bona, & ſoluendi quinq. ſcuta pro qualibet eorũ ſalma, & duo ſcuta pro quolibet capite animalium Cameræ Apoſt. applicanda.

Nota 3. hanc cenſuram nec per Greg. neque per Paul. conſtitut. eſſe reſeruatã, ſed ex conſuetudine, & vt aiunt, viuæ vocis oraculo haberi pro reſeruata.

Trigeſimaquinta excõmunicatio eſt contra omnes cuiuſcumq. ſtatus, & conditionis, qui domos, res, & bona Cardinalium, aliorumque in conclaui exiſtentium,

tium, vel electi in Summum Pontificem præſumunt violenter inuadere, recipere, occupare, & exportare, aut in hoc auxilium, conſilium, vel fauorem præſtare; & reſeruatur Papæ præmiſſa ſatisfactione.[a]

a Conc. Conſtatienſ. ſeſſ. 4. c. omnis ætas.

Trigeſimaſexta excommunicatio eſt contra tam Clericos, quàm Laicos, qui præſumunt vſurpare quacumq. arte, aut modo bona, res, iura, fructus, redditus, aut iuriſdictionis alicuius Eccleſiæ, aut beneficij ſecularis, vel regularis, Montium Pietatis, aut aliorum piorum locorum, & reſeruatur Papæ, poſt præmiſſam integram reſtitutionem.[a] Quæ cenſura, extenditur 1. contra ſic occupantes, vel impedientes, ne fructus ab eis percipiantur, ad quos iure pertinent. 2. contra omnes, qui per vim, vel ſuppoſitas perſonas bona Eccleſiæ in proprios vſus conuertunt; 3. contra Rectores etiam piorum locorum, qui vel conſentiunt tali vſurpationi, vel cedunt arbores fructiferas, & in proprios etiam vſus conuertunt vt declarauit Cong. Card.[b]

a Conc. Trid. ſeſſ. 22. cap. 11. de ref.

b in d. c. 11. ſeſſ. 22. de ref. Conc. Trid.

Trigeſimaſeptima excommunicatio eſt contra omnes, qui in ſeruos capiunt Chriſtianos captiuos apud Turcas, & reſeruatur Papæ, niſi poſtquam illos ceperint, libere abire permittant, vna cum libe-

ris, coniugibus, & bonis. [a] vide ſup. eod. c. n. 21.

Extrau. 56. licet Pij V.

Trigeſimaoctaua excommunicatio eſt contra omnes cuiuſcumq. ſtatus, & conditionis, qui impediunt, prohibent, vel quocumque modo moleſtant perſonas legitimè non impeditas volentes ingredi religionem S. Benedicti; vel præſumunt aliquam moleſtiam, aut iniuriam irrogare Monaſteriis, aut Monachis eiuſdem Religionis, aliquem in eam recipientibus, niſi à dictis moleſtiis, iniuriis, & violentiis ab habita huius excommunicationis notitia deſtiterint, & reſeruatur Papæ vt habetur in bulla illi religioni conceſſa, [a] quam Viualdus notat, de excom. fol. 321. n. 45.

a Extrau. & ſi ad vniuerſas.

Trigeſimanona excommunicatio eſt contra quoſcumq. qui præſumunt libellos famoſos vulgari, ſeu literali ſermone, cantilenas, aut rithmos edere, detinere, vel publicare in infamiam ſtatus ordinis Prædicatorum, vel Minorum, vel alterius religionis, et reſeruatur Papæ. [a] ſecus autem contra Religioſos ipſos.

a Ant. 3. p. tit. 24 c. 70. & Cai. 18.

Hæc cenſura quoad perſonas extenditur etiam 1. contra omnes cuiuſcumq. ſtatus, et conditionis præſumentes prædicare, docere, aut defendere Ordines

Prædicatorum, vel minorum non eſſe in ſtatu perfectionis, vel non licere eis de eleemoſinis viuere, aut prædicare, vel confeſſiones audire diligentia Papæ non requiſito conſenſu aliorum Prælatorum inferiorum, et Rectorum Eccleſiarum, 2. contra eos qui eoſdem impediunt, ne in ſuis Eccleſiis celebrare poſſint, recipere eleemoſinas, vel prædicare. 3. contra præſumentes violentiam damnabilem exercere in loco aliquo Prædicatorum ordinis: 4. contra detinentes in ſuis Eccleſiis Apoſtatas Ordinis Prædicatorum, poſtquam per fratres illorum ordinis fuerit eis denuntiatum ne eos detineant: 5. contra fratres Minores præſumentes recipere fratres Prædicatorum profeſſos ſine licentia Papæ expreſſam mentionem faciente de huiuſmodi indulto, vel niſi prius ſuorum Priorum licentia fuerit petita, et obtenta; Idem dic de fratribus Minoribus, et Eremitanis; b

b Caiet. loc. cit.

Idem de Magiſtris, Rectoribus, artiſtarũ, et ſcholaribus ſtudii Pariſienſis, qui publicè vel occulte excludere moliũtur dictos fratres Prędicatores, et Minores à conſortio Vniuerſitatis Pariſienſis: Nota hic dicta de ordine Prædicatorum, Mino-

Minorum, et S. Benedicti, intelligi de illis etiam ordinibus ex comuni omnium ſententia, quibus comunicata ſunt eorum priuilegia. [c]

[c] Ant. et Caiet. loc. cit.

Quadrageſima excommunicatio eſt contra omnes cauſa deuotionis accendentes ad ſepulchrum Domini Noſtri Ieſu Chriſti ſine licentia Papæ in ſcriptis obtenta, et reſeruatur Papæ, vel Summo Pœnitentiario. [a]

[a] Ant. loc. cit. c. 30. in fine.

Quadrageſimaprima excommunicatio eſt contra omnes, qui communicant in crimine (vt aiunt criminoſo) cum excommunicatis, et reſeruatur ei, à quo prima lata fuit ſiue per ius, aut ſtatutum, ſiue per ſententiam cum proportione; vnde ſi prima excommunicatio nemini reſeruatur, hæc per participationẽ contracta etiam nemini, ſi Epiſcopo reſeruatur Epiſcopo, ſi deniq. Papæ, etiam, et hæc. [a] Verum ſi difficilis ſit acceſſus ad excommunicatorem ex aliqua iuſta cauſa, poteſt ille ſic excommunicatus abſolui à proprio Sacerdote iuxta formam Eccleſiæ, cautione, quod excommunicatoris mandato parebit. [b] In his caſibus comunicans cum excommunicato ſcienter in crimine ſimilem contrahit excommunicationem, 1. ſi com-

[a] Cap. nuper 5. in 2. ver. ſent. exc.

[b] S. Th. p. 3. q. 23 ar. 2. & Nau. c. 27 n. 87.

municat in crimine ei conſilium impendendo, auxilium, vel fauorem, ſeu perſuadendo ne obediat tali excommunicationi ne reſtituat furtum ob quod fuit excommun. & ſim. 2. ſi Clericus admittit ad diuina officia excommunicatum à Papa denuntiatum, & cum eo communicat: c 3. ſi ſcienter participat in crimine poſt illud commiſſum, & ob incurſam excommunicationem ab eo, cum quo communicat, & ſim. d

c Viual. de excō. in com. n. 70.

d Nau. c. 27. n. 112

Quadrageſimaſecunda excommunicatio eſt contra eos, qui poſt obtentam abſolutionem à priori excommunicatione papali ſub conditione comparendi coram ſummo Pontifici vel ſatisfaciendi parti læſæ, talem conditionem non implent tempore debito, & reſeruatur Papæ. a circa quam nota 1. abſolutũ propter neceſſitatem, vel vrgens impedimentum, ab alio, quàm ab eo, à quo iure erat abſoluendus, cum onere comparendi coram eo, teneri ceſſante impedimento, adimplere conditionem, alias incurrit ſimilem nouam excomm. reſeruatam in genere non in numero. nota 2. abſolutum ab excomm. Papæ reſeruata, ab eodem, vel eius legato cum onere comparendi coram ordinario, vel alio deſi-

a Cap. eos qui de ſent. excom. in 6.

b Viuen. in d. c. eos qui.

gnato

gnato ad ſuſcipiendam pœnitentiam, et ſatisfactionem exhibendam parti læſæ, incurrere eamdem excomm. ſi cum primum commode potuerit, non adimplet conditionem eodem modo quo ſupradictum eſt, et ſi in obligatione comperandi non additur particula, perſonaliter, poteſt id adimplere per procuratorem, [c]quæ ſi additur, tenetur eam adimplere quam primum arbitrio Iudicis in foro exteriori, in foro vero interiori arbitrio Confeſſarii vel ſuæ conſcientiæ, quæ teſtis eſt, an fuerit negligens, aut contẽptor [d]nota 3. abſolutum à Papa, vel eius legato, ab excomm. Epiſcopo reſeruata, vel non reſeruata, niſi adimpleat conditionẽ in mandato abſolutionis impoſitam, incidere eandẽ excomm. quia Papa, et eius legatus ab omni excommun. abſoluere poſſunt vnde ſi excommun. erat Papalis, incidit in Papalem, ſi Epiſcopalis, Epiſcopalem, etc. Suar. loc. cit. n. 11. legitima impedimenta adeundi, qui ſcire cupit, conſulat Auilam 2. p. c. 7. dub. 6. concluſ. 3.

c Caiet. cap. 69.

d Suar. diſp. 21. ſect. 4. n. 10.

Quadrageſimatertia excommunicatio eſt contra eos, qui grauare præſumunt Clericos, vel alias perſonas Eccleſiaſtica, (ad quas in ali quibus Eccleſiis

Mona-

Monaſteriis, et piis locis ſpectat electio) pro eo quod rogati, ſeu alias inducti, eum, pro quo rogabantur, et inducebantur, eligere noluerunt, et nemi reſeruatur.[a] Circa quam nota 1. ſub nomine electionis intelligi præſentationem, inſtitutionem, confirmationem, et poſtulationem ſi hac pertineant ad Eccleſiaſticam perſonam.[b]

a Cap. 12. ſciant cuncti de elect. in 6.

b Nau. c. 27. n. 122.

Nota 2. hic prohiberi grauamen inferre, ideſt perſecutionem ſeu ſpoliationem iniuſtā fieri in ipſoſmet electores, vel eorum conſanguineos, aut Eccleſias, Monaſteria, vel loca pia de beneficiis, aut aliis bonis ſuis ſiue id fiat per ſe, ſiue per alios latenter inuadendo bona immobilia, ſiue publice per vim rapiendo mobilia, vel fraudulenter per dolum.[c]

c Caiet. c. 34. & ſil. exc. 9. n. 38.

Quadrageſimaquarta excommunicatio eſt contra eos, qui in Eccleſiis, Monaſteriis, aut piis locis titulum defenſionis aut ſimilem vſurpare de nouo conantes iura ad talia loca pertinentia, aut eorum bona, eo tempore quo talia loca vacant, occupare præſumunt, et nemini reſeruatur.[a] Circa quam nota 1. hanc cenſuram contrahi 1. ſi vſurpatio bonorum fiat de nouo, et ſine iuſto titulo, aut legitima conceſſione; Vnde ſi id fiat titulo

a Cap. 13. generali de elect. in 6

tulo

tulo antiquæ præſcriptionis ſeu conſuetudinis à 40.annis citra [b] vel nouo titulo fundationis aut legitimæ conceſſionis non contrahitur cenſura.

b Cap. fin. de conſuet.

Nota 2. occupantes bona talium locorum quando vacant, et ſimul conantes vſurpare iura aliqua ad tales Eccleſias pertinētia, quæ dicuntur Regalia, cuſtodie, etc. ligantur hac cenſura, quia, et occupatio bonorum cum effectu, et ſimul vſurpationis conatus requiritur ad contrahendam hanc cenſuram. [c]

c Suar. diſp. 23. ſect. 4. n. 6.

Nota 3. hanc cenſurã incurrere clericos, et Monachos, et alias perſonas taliũ locorũ reſpectiue procurantes tale delictum fieri, ope, conſilio, perſuaſione, et operatione, ſi eius effectus ſequatur, ſecus ſi tantum ſunt negligentes ad ſe opponendum pro defenſione Eccleſiæ; quia negligentia etiam culpabilis non eſt procuratio.

Quadrageſimaquinta excommunicatio eſt contra omnes qui Iam loquuntur Cardinalibus, dum ſunt in conclaui ad eligendum Papam, et nemini reſeruatur [a] ſed qui recipiunt vel mittunt literas, nuntiũ, notam, aut ſignum aliquod iiſdẽ dũ ſunt in conclaui, cõtrahunt excomm. Papæ reſeruatam [b] vide ſupra n. 20.

a Cap. 3. vbi periculum de elect. in 6.

b Extrau. 8o. in eligendis Pii 4.

Quadra-

Quadrageſimaſextaexcomm.eſt contra Prælatos, vel alios, qui vocantur vt interſint electionibus Monialium, ſiquid faciunt, ex quo poſſit oriri, et nutriri diſcordias inter ipſas Moniales ſuper huiuſmodi electionibus faciendis, et nemini reſeruatur. a Hæc cenſura quoad perſonas accerſitas ad illud munus dirigendi electionem per conſilium, exhortationem, et quid ſimile eſt generalis modo ipſi etiam eo nomine accedant, et interſint. Vnde ſiquis non vocatus interſit, et perturbet, vel vocatus ſed poſt electionem iam factam perturbat non incurrit cenſuram. b ſecus ſi non vocatus ſuperior eſſet, quia ſi iſte perturbat, dum intereſt, cenſura ligatur. c

a Cap. indemnitatibus §. poſtremo de elect. in 6.

b Gloſ. hic & Caiet. cap. 80.

c Suar. loc. cit. n. 8.

Quadrageſimaſeptima excomm. eſt contra eos qui cum ſint partes in iudicio, procurant cum effectu vt Conſeruatores de aliis ſe intromittant cauſis, quã de manifeſtis iniuriis, et violentiis, et nemini reſeruatur, ſed nõ abſoluẽdi, ſũt donec alteri parti læſæ ſatisfaciant. a Hinc nota nõ incurrere hanc cenſuram niſi ſequatur effectus talis procurationis quia talis actus eſt malus, et hic prohibitus, etiam ſi conceſſio facta Conſeruatori ſit cum clauſula generali, quæ extendi ſolet

e Cap. de off. delega. in 6. & ibi gloſ.

let ad cognoſcendum de eo quod requirit altiorem indaginem, ſed hodie dantur tales Conſeruatores ad defendendũ et cognoſcendum cauſas requirentes altiorem indaginem. b

b Nau. c. 27. n. 125.

Quadrageſimaoctaua excomm. eſt cõtra eos, qui per vim, vel metum extorquent ab Eccleſiaſtico Iudice abſolutionem à cenſura, et nemini reſeruatur. a Ad incurrendam hanc cenſuram requiritur effectus abſolutionis ortæ ex tali graui metu, qui moraliter faciat actum inuoluntarium. b

a Cap. vnde his quæ vi in 6.

b Suar. loc. ci n. 11.

Quadrageſimanona excomm. eſt contra omnes, quicumq. ſint, qui effingunt caſum, vel aliquam faciunt fraudem, quo Iudex ipſe vadat ad accipiendum teſtimonium alicuius fœminæ, et effectus ſequuto talis acceſſus; et nemini reſeruatur. a

a Cap. 2. Mulieres de iud. in 6.

Quoad perſonas hæc cenſura comprehendit omnes vtriuſque ſexus, et cuiuſcumque conditionis Laicos, et Eccleſiaſticos modo ſint cooperatores, et effectores fictionis, etiamſi Iudex, vel fœmina ipſa effingat, aut fraudem faciat, b aut plures concurrant ad executionem fictionis, illo ſequuto omnes cenſuram incurrunt Suar. ibid. n. 15.

b Nau. loc. cit.

Quin-

Quinquageſima excõicatio eſt contra laicos qui de cætero cõpellũt Prælatos, vel alias perſonas Eccleſiaſticas, ad ſubijciẽdũ ſibi Eccleſias aut eorũ bona vel iura, redditus, etc. in caſibus à iure nõ permiſſis, et ſine cõſenſu capit. etc. licẽtia Sedis Apoſtolicæ, et nemini reſeruatur, quę incurritur, etiam nulla præmiſſa monitione, quia ad actum futurum prohibitũ non requiritur monitio. Hæc ſubmiſſio inducit hanc cenſuram, quando fit 1. conſtituendo laicos Patronos, vel Aduocatos Eccleſiarum: 2. recognoſcendo eos vt Patronos, ac ſi talia bona, etiam ab illis haberent. Eandem excommunicationem incurrunt dicti laici, qui per contractus licite initos cum conſenſu, et licentia requiſitis, aliquid vſurpant præter id quod ex conditione, et natura talis contractus eis debetur, niſi legitime admoniti ab huiuſmodi vſurpatione deſtiterint, reſtituẽdo etiam quicquid vſurparunt. [a] Hanc admonitionem trinam debere eſſe docet hic gloſ. et Sil.[b] quamuis Nauarrus vnam ſufficere dicat. [c]

[a] Cap. 2. de reb. ecc. aſcen in b

[b] Exc. 9. caſu 19.

[c] in c. 27. n. 126.

Quinquageſimaprima excommunicatio eſt contra ſcienter prꝫſumentes corpora hæreticorum, credentium, receptorum, et defenſorum eorum Eccleſiaſticæ

ſticæ tradere ſepulturæ, et nemini reſeruatur. [a] et non abſoluendi niſi præmiſſa idonea ſatisfactione, vt ſcilicet huiuſmodi damnatorum corpora propriis manibus proiiciant, quando oſſa ipſorum ab oſſibus catholicorum diſcerni poſſunt, alias ſecus. [b]

a Cap. 2. de hær. in 6.

b Cap. 12. ſacris de ſepult. et Clem. 1. eod.

Quinquageſimaſecunda excommunicatio eſt contra omnes, qui aliquem chriſtianum per aſſaſſinos interfici mãdant, ſiue ſequatur mors, ſiue non, et nemini reſeruatur, quæ extenditur etiam contra eos, qui eoſdem receptant, defendunt, vel occultant. [a]

a Cap. 1. de homin. 6.

Per aſſaſſinos hic intellige non eos, qui vulgo in Italia aſſaſſini vocantur, ſed eos infideles Syriæ nationis qui vſum habent aſſumendi hoc officium alios interficiendi ex præcepto ſui Domini, ſed quoniam hodie non reperiuntur tales aſſaſſinos fit vt qui mandaret aliquem chriſtianum per infidelem interfici habentes hoc officium, incurreret hanc ceſuram. [b]

b Suar. diſt. 23. ſect. 4. n. 46.

Quinquageſimatertia excommunicatio eſt 1. contra eos, qui tempore interdicti corpora defunctorum ſepeliunt in loco ſacro in caſibus à iure non permiſſis: 2. contra eos qui ſcienter publice

excom

excommunicatos ſimili ſepulturæ tradunt: Idem intellige de publicè interdictis, et publice vſurariis, et nemini reſeruatur.[a]

a Clē. 1. de ſepul.

Quinquageſimaquarta excōm. eſt cōtra eos, qui viſitationem, et viſitatores Monialium Monaſteriorum impedire præſumunt, ne ſuum viſitationis munus obeant, niſi moniti per trinam vel vnam canonicam monitionem reſipiſcāt ideſt ceſſent à tali impedimento, et nemini reſeruatur.[a]

a Clem. 2. de ſtat. mon.

Quinquageſimaquinta excom. eſt cōtra ſciēter contrahentes de facto matrimonium in gradibus prohibitis, et nemini reſeruatur vide ſupra in c. 2. n. 12.

Quinquageſimaſexta excomm. eſt cōtra gloſantes, ſeu exponentes, aut commetantes clementinā exiui de paradiſo de verb. ſign. vbi exponitur regula ſancti Franciſci, et nemini reſeruatur.[a]

Ant. 3. p. tit. 24 cap. 69.

Quinquageſimaſeptima excomm. eſt contra omnes Laicos, et Eccleſiaſticos Epiſcopis inferiores qui ſine auctoritate Sedis Apoſtolicæ audent quocumq. modo edere annotationes ſcholia, commētarios, etc. ſuper decretis Conc. Trid. etiam prætextu maioris decretorum corroborationis, et nemini reſeruatur.[a]

a Extrau. c. 6. Benedictus Pij 4.

Quin-

Quinquageſimaoctaua excō. eſt cōtra oēs, qui impugnare præſumunt literas Apoſtolicas ante coronationem legitime electi in Summum Pontificem, emanantes, & nemini reſeruatur. Coronatio enim ſolum ad quamdam ſolemnitatem & quaſi publicationem ſuſceptæ dignitatis confertur nō ad ſuſcipiendam ſupremam iuriſdictionem, quā ſuſcipit in vniuerſam Eccleſiam ſtatim ac à maiori parte Cardinalium quis electus eſt in Papā.[b]

a Extrau. vlt. de ſent. excom.

b Licet & eius gloſ. de elect.

Quinquageſimanona excō. eſt contra oēs, qui librum de rebus ſacris tractantem imprimunt, vel imprimere faciunt ſine nomine Auctoris, examinatione eiuſdem libri, & approbatione inſcriptis obtenta à Vicegerente; & à Magiſtro ſacri Palatij in Vrbe Roma, ſed extra eam ab ordinariis iuxta dictam formam, & nemini reſeruatur.[a] Hæc comprehendit 1. Auctores, 2. Impreſſores, 3. vendentes, 4. apud ſe talem librum retinentes, 5. eūdem manuſcriptum integrum, & conſummatum euulgantes ſine dictis requiſitis; ſecus ſi ſunt ſcripta Theologica, queſtiones, vel conciones, &c.[b]

a Conc. Tridēt. ſeſſ. 4.

b Suar. diſp. 23. ſect. 7. n. 2. & 3.

Sexageſima excommunicat. eſt contra eos, qui præſumunt docere, prædicare, vel pertinaciter aſſerere, aut diſputando

defendere, neceſſarium non eſſe habenti conſcientiam peccati mortalis, confeſſionem ſacramentalem præmittere ante communionem ſi ſit copia confeſſoris, & nemini reſeruatur. [a]

a Conſ. Trident. ſeſſ. 13. cap. fin.

Sexageſima prima excom. eſt contra raptorē alicuius fœminæ, & contra omnes illi auxilium, conſilium, vel fauorem præbentes, & nemini reſeruatur. [a]

a Trid. ſeſſ. 24. cap. 6. de ref.

Sexageſima ſecunda excom. eſt contra eum, qui impedire præſumit ſequeſtrationem alicuius beneficii, eiuſq; fructuū factam ab ordinario ob ſententiam diffinitiuam latam contra poſſeſſorem, qui per triennium illud pacifice nō poſſedit: vt ei qui tandem vicerit, ſeruētur; vel audet bona ſic ſequeſtrata quoquomodo occupare, & nemini reſeruatur. [a]

a Clem. vnic. de ſequeſt. poſſ. & Nau. c. 27. n. 137.

Sed hodie non habet locum hæc cenſura, quia per Auditores Rotę fit eiuſmodi ſequeſtratio auctoritate Papæ, et ideo ſi talis ſequeſtratio impediatur, vel bona ſic ſequeſtrata vſurpentur, non incurritur hæc cenſura. [b]

b Suar. diſp. 23. ſect. 5. num. 1.

Sexageſima tertia excommunicatio eſt contra omnes laicos, & Eccleſiaſticos ſeculares, & regulares vtriuſque ſexus, & cuiuſcunque ſtatus, conditionis, & dignitatis, qui cogunt aliquam fœminam ad in-

ingrediendum monaſterium, vel ad ſuſcipiendum habitum cuiuſcunque religionis, vel ad emittendam profeſſionem præterquam in caſibus à iure permiſſis, et nemini reſeruatur.[a] Hinc nota hic prohiberi coactionem non ſolum ad ſuſcipiendum habitum alicuius religionis, et ad profeſſionem emittendam, ſed etiam ad ingrediẽdum monaſterium, per quod prohibetur ne cogãtur fœminæ ad habitãdũ ibi, etiã proprio habitu retento, niſi coactio fiat in caſibus à iure permiſſis.[b]

a Conc. Triden. ſeſſ. 25. c. 18. de reg.

b Suar. lo. c. n. 9.

Hæc cenſura extenditur 1. contra dantes in his auxilium, conſilium, vel fauorẽ: 2. contra eos, qui ſcientes fœminam non ſponte ingredi monaſterium, aut habitum ſuſcipere, aut profeſſionem emittere quoquomodo eidem actui, vel præſentiam, vel conſenſum, aut auctoritatem interponunt. 3. contra omnes, qui quamcunque fœminam volentem velum accipere, aut votum emittere, ſine iuſta cauſa quoquomodo impediunt; quod licet videatur idem eſſe, ac impedire profeſſionem, tamen ſecundum Suar. loc. cit. velum accipere, et votum emittere dicunt aliquid amplius, ideſt impedire talem fœminam ſine iuſta cauſa, ne votum ſimplex caſtitatis, et religionis emittat.

Sexageſimaquarta excomm. eſt contra depingentes, ſeu miniantes, aut venales proponentes Agnus Dei à Romano Pontifice benedictos, & nemini reſeruatur. Hæc cenſura quoad perſonas eſt vniuerſalis, quoad actiones vero prohibet, 1. depingere, 2. inficere ſeu minio notare, 3. colorem aliquem, vel aurum imponere: 4. ſic depictos tenere. [a]

a Extra. 2. omni certe ſtudio Gregor. xiij.

Sexageſimaquinta excomm. eſt contra eos, qui ſunt partes in iudicio, & procurant, vt Conſeruatores excedant fines mandati, ſequuto effectu, & nemini reſeruatur, ſed non abſoluendi niſi expenſis reſtitutis in manifeſtis iniuriis, ſin autem dubiis præmiſſa cautione de ſtando iuri &c. vide ſup. eod. c. n. 49.

Sexageſimaſexta excomm. eſt contra eos, qui impediunt Eccleſiaſticos Iudices ordinarios, vel delegatos, ne ſua iuriſdictione vtantur, & nemini reſeruatur. Quæ quoad perſonas eſt vniuerſalis, quoad actiones vero prohibet 1. cōpellere, aut compelli facere, vel procurare: 2. directe, vel indirecte quoquomodo impedire: 3. dare conſ. aux. vel fauorem. [a]

a cap. quoniam de imm. Eccleſ. in 6.

Sed recurrentes ad curias ſeculares, & mandata pœnalia procurantes contra ſen-

ſententias ordinariorum, vel delegatorũ eaq; mandata concedentes, et præſtantes ad hæc aux. conſ. vel patrocinium incurrunt excom̃m. reſeruatam in bulla cœnæ.

Sexageſima ſeptima excomm. eſt contra infamantes ordinẽ aliquem religionis approbatum à Sede Apoſtol. ſecus particulares religioſos ex Caiet. et Antonin. aſſerit Nauarrus.[a] et dixi ſupra hoc eod. cap.

a in cap. inter verba concl. 2. num. 16.

Sexageſima octaua excomm. eſt contra omnes cuiuſcunque conditionis, ſtatus, et dignitatis, qui publicè, vel occultè offendunt aliquem miniſtrum ſanctum officii inquiſitionis, vel alicuius Epiſcopi id munus in ſua diœceſi, vel prouinciæ obeuntis, vt Aduocatum, Procuratorem, Notarium, Accuſatorem, denuntiatorẽ, vel teſtem in cauſa fidei quomodocunq; productum, vel euocatum, nemini reſeruatur.[a] Quæ extenditur etiam contra ſcienter præſtantes conſ. aux. vel fauorem, etiam ſi nullus ſequutus ſit effectus.

a Extrau. 83. ſi de protegendis Pij V.

Actiones hic prohibitæ per offenſiones, ſunt, 1. occidere, 2. verberare, 3. deiicere, 4. perterrefacere, 5. expugnare, inuadere, incedere, aut expilare Ec-

cleſias, ædes, aliaſue res publicas, vel priuatas S.officii, vel miniſtrorum: 6. cōburere, diripere, aut quomodocunque exportare libros, literas, protocolla, ſcripturas, aliaue inſtrumenta publica, vel priuata, aut eſſe cauſam illa capiendi, aut ſupprimendi ex occaſione incendii, direptionis etc. 7. effringere cuſtodiam: 8. extrahere ex ea vintum: 9. prohibere capiendum: 10. eripere, recipere, vel occultare captum, ſeu facultatem ei dare fugiendi, vel id fieri iubere, cœtum ſeu concurſum facere, etc. Nota hic tentantes veniam pro talibus, vt tales, petere, aut intercedere in eas pœnas incurrere, quæ inferuntur contra fautores hæreticorum, vt in bulla cœnæ notatur.

Aduerte tandem multas alias eſſe excommunicationes, quæ quia ſunt vel reuocatæ, vel incertæ, aut ignotæ nullo vtentium conſenſu confirmatæ, ideo conſulto hic committuntur. a

a Caiet. ſ. excom. in fine.

DE

DE EXCOMM. Epiſcopalibus.
Cap. 10.

PRima excomm. eſt contra communicantes in crimine cum excommunicato nominatim denuntiato ab Epiſcopo, et reſeruatur ipſi met Epiſcopo. a vide ſupra in c. 9. n. 39. a Cap. nuper de ſent. excomm.

Secunda excomm. eſt contra abſolutũ ob mortis periculum ab excomm. Epiſcopo reſeruata, contemnentem, ceſſante tali periculo, ſe ei præſentare, et reſeruatur Epiſc. vide ſup. in hoc eod. n. 40.

Tertia excomm. eſt contra percutientem mediocri percuſſione clericum, et reſeruatur Epiſcopo.[a] cui etiam reſeruatur omnis alia excomm. Papæ reſeruata, ſi ob iuſtum impedimentum excommunicatus nequit adire ſedem Apoſtolicã, vel Papæ Legatum, aut alium Legati ad id priuilegio munitum pro abſolutione. b ſup. c. 9. num. 40. a Sup. in c. 9. n. 1. b Nau. c. 27. n. 89 90. & 91.

Quarta excõ. eſt cõtra excõtũ per ſtatutum Epiſcopale reſeruetur Epiſcopo.

Quinta excõ. eſt contra fratres minores admittentes tẽpore interdicti ad audiẽda diuina officia in ſuis Eccleſiis fratres tertii ordinis, et reſeruatur Epiſc. a a Sup. in c. 3. n. 2.

Sexta excommunicatio eſt cauſantes abortum fœtus animati, et reſeruatur Epiſcopo vel alio ab Epiſc. ſpecialiter ad hoc deputato. [a] per extrau. Greg. xiv. qui reduxit ad viam iuris illam Sixti V.

a Extrau. Sedes Apoſt. pia mater Greg. xiv

Annotationes in Catalogum Suſpenſionum.

SVſpenſio eſt cenſura Eccleſiaſtica, qua Clericus ob culpam propriam, priuatur vſu poteſtatis, quæ illi ratione officii clericalis, aut beneficii conueniũt, vt ex comuni omnium ſententia conſtat. Circa quam nota 1. ſuſpenſionem in ſolos Clericos ferri quatenus illa habet rationem poteſtatis clericalis, ſiue ſit à iure, ſiue ab homine lata ob propriam culpam, et hanc mortalem, quia cum hæc pœna ſit grauis, nonniſi ob grauem culpam ferri ſoleat, quamuis ob culpam venialem poſſit ferri, vt ſi quis vno die ſuſpendatur à leui alicuius ordinis functione. [a]

a Coink diſp. 15 de ſuſp. dub. 3. num. 24.

Nota 2. ſuſpenſionem ſiue à iure, ſiue ab homine abſolute poſitam, intelligi ab officio ſimul et beneficio; ſed ſuſpẽſio poſita ab officio, vel beneficio tantum, vel ab aliquo actu particulari alicuius ex iſtis

iſtis et determinatè non extenditur vltra illam determinationem præciſè expreſſam. Vnde qui eſt ſuſpenſus ab officio, non eſt à beneficio, nec è contra, ſuſpenſus à beneficio, eſt ab officio: Item neque ſuſpenſus ab aliquo actu ex iſtis expreſſo, eſt cenſendus ſuſpenſus ab alio non expreſſo; neque ſuſpenſus à ſuſceptione, vel collatione ordinis ſuperioris, priuatur vſu inferioris, ſecus è contra; niſi ſit abſolutè ſuſpenſus clericus à ſuſceptione ordinum, vel Epiſcopus abſolute à Pontificalibus ſine vlla determinatione, quia nec poteſt vllum actum ad munus pontificale exercere etc. ſed bene poteſt celebrare Sacrum, niſi ſit abſolutè, vel ab omnibus ſuſpenſus, quia ſuſpenſio à pontificalibus, et ſuſpenſio ordinum differunt, etc. c

c Auil. l. c. diſp. 2. per tot.

Nota 3. ſuſpenſum ab officio ſine vlla determinatione, cenſeri ſuſpenſum ab omnibus actionibus iuriſdictionis Eccleſiaſticæ, et ab omni exercitio ordinis, aut officii, quod à ſolis clericis fieri ſolet, ſecus ſi à laicis. d Vnde per regulam ſupra traditam ſuſpenſus ab ordine, non cenſetur à iuriſdictione, neque è contra, etc. Item ſuſpenſus à beneficio ſine d. determinatione arcetur ab omni adminiſtratione

d Auil. loc. cit. dub. 1. concl. 6.

tione

Digitized by Google

tione temporali ſui beneficii, eiuſq. fru-ctibus ſuſcipiendis iuxta ſupradicta, non tamen ab actibus iuriſdictionis, ordinis, aut officii clericalis, ſiue intra, ſiue extra Eccleſiam, niſi ſit ſuſpenſus ab ingreſſu Eccleſiæ, quia intra eam, tunc prohibetur exercere actum ordinis, non autem extra eam: et ſic iudica de ſimilibus.

Nota 4. Suſpenſionem imponi, vel per modum pœnæ ad certum tempus, vel per modum cenſuræ ſine certo, et præfixo termino. Quæ eſt lata per modũ cenſuræ, tollitur per abſolutionem eo modo, quo aliæ cenſuræ, ſed quæ lata eſt per modum poenæ, non tollitur ante tempus determinatum, et præfixum, niſi per diſpenſationem ab habente poteſtatem; tempore vero elapſo per ſe tollitur; quæ ſi ob beneplacitum Iudicis imponatur, tunc eo mortuo, vel ab officio depoſito ceſſat.[e]

[e] Suar. diſp. 15. ſect. 1. & Coink l. cit. dub. 2. & 3.

Forma abſolutionis in iure nulla eſt determinata, ſed comuniter Viri docti hac vtuntur abſoluo te à ſuſpenſione, quam incurriſti propter hoc vel illud, et reſtituo te priſtinæ executioni ordinis, vel beneficii, in nomine Patris, Filii, et Spiritus ſancti.

Ca-

Catalogus ſuſpenſionum Iuris contra Prȩlatos.
Cap. 1.

PRima ſuſpenſio à pontificalibus eſt contra Epiſcopum, quo nomine, excepto Papa, Maiores intellige, qui ſcienter conſecratur ab Epiſcopo hæretico, Schiſmatico, excommunicato, interdicto non toleratis, aut à Simoniaco per ſententiam declarato. hos enim ſolos etiam in inſacris tenemur vitare, & toleratorum actus in gratiam, & vtilitatem aliorum validi ſunt. [a] Quia nemo dat, quod non habet, vnde hæc nõ eſt poena, ſed eſt defectus poteſtatis in dãte, et reſeruatur Papæ cui immediate ſubijcitur; in caſu vero ignorantiæ, ſi habet Patriarcham, vel alium Primatem, quem vt Superiorem recognoſcit, quoad executionem ordinis ei hæc cenſura reſeruatur. [b]

a Coink diſput. 15. dub 5. de ſuſp. num. 31.

b Suarez. diſp. 31. ſect. 1. n. 65.

Secunda ſuſpenſio à pontificalibus eſt contra fratres Ord. Præd. promotos ad Epiſcopatus, vel alias Prælaturas, qui antequã munus cõſecrationis recipiãt, non reſignãt ordini libros, & alia quæ habent tẽpore promotionis, & reſeruatur Papȩ. [a]

a Ant. 3. p. tit. 37. cap. 4. colum. 5.

Quæ

Quæ cenſura extenditur contra mendicantes vigore communicationis priuilegiorum, idem facientes, licet de hac dubitet Sayrus. [b]

b Tom.1.l.4.c.12.nu.6.

Tertia ſuſpenſio à pontificalibus eſt contra Epiſcopum etiam cuiuſuis priuilegii prætextu, pontificalia exercētem in alterius diœceſi ſine ordinarii loci expreſſa licentia, aut capituli ſede Epiſcopali vacante, vel cum dicta licentia in nō ſuos, aut in perſonas eidem ordinario nō ſubiectas et reſeruatur Papæ. [a] Hanc licentiam dare non poſſunt Vicarii generales, niſi ad hoc ſpeciale mandatum habeant. [b]

Conc.Trid.ſeſſ.6.c.5.de ref. & ibi Cōgr.Card.

b Cap. nullius de temp.ord.in 6.

Quarta ſuſpenſio per annum à pontificalibus contra Epiſcopos titulares conferentes ſine licentia ordines, aut primā tonſuram quouis prætextu, et in quocunque loco etiā nullius diœceſis, ſeu exempto, etiam ſi tales Epiſcopi habeant priuilegium promouēdi quoſcunque ad ſe accedentes, et reſeruatur Papæ. [a] Sed hodie per decretum conſiſtoriale Pii Quinti nullibi poſſunt ordines conferre ſine expreſſa licentia Sedis Apoſtolicæ, niſi dati ſint ſuffraganei alicui Cardinali Diœceſim habenti, qui ibi poſſunt ſolum pōtificalia exercere, vide declarationē Cō-

a Cōc.Trid.ſeſ.14.c.2. de ref.

greg.

greg. Cardin. in dicto cap. Con.

Quinta ſuſpenſio per annum à collatione ordinum eſt contra Epiſcopum ordines conferentem ei, etiam in propria diœceſi, qui ſibi ſubditus non eſt, licet is accedat cum litteris dimiſſoriis, vel prætextu alicuius generalis, aut ſpecialis reſcripti, vel priuilegii Sedis Apoſtolicæ, vt poſſit ordinari à quocunque quem maluerit, ordinario, ſi careat teſtimonio ſui ordinarii, quo eius probitas, et mores cõmendentur, et reſeruatur Papæ. [a] vide declarat. in d. c. Epiſcopum inquit Ioan. Andr. in duobus caſibus nõ teneri pœna; primus caſus eſt, quando ipſo probabiliter ignorante, alienus clericus furtiue, vel ex ſimplicitate ſe in multitudine ordinãdorum ingeſſerit: Secundus ſi Epiſcopus deceptus eſſet iuſta facti ignorantia, potuit enim eſſe, quod ordinatus detulerit literas furtim impetratas à cancellario ſui Epiſcopi, et ita reſidet. [b]

a Conc. Trid. ſeſ. 23. c. 8.

b Ioã. Andr. in cap. 2. de temp. ord. nu. 4.

Sexta ſuſpenſio per annum à collatione primæ tonſuræ eſt contra Epiſcopum conferentem primam tonſuram illiterato, qui ſaltẽ requiſita in Conc. Trid. [a] non habet, vel infanti infra ſeptemnium, niſi forte religionem intrat, eius habitus ſuſcipiens dicatus, ſeu oblatus à parentibus emiſ-

a Seſſ. 23. c. 4. de ref.

emiſſurus poſtea profeſſionem in ætate conuenienti, vt ſolitum erat; vel coniugato, niſi vellet matrimonio non conſumato, religionem ingredi, vel ad ſacros ordines promoueri prout iura concedũt et reſeruatur Papæ.[b] Vide Sayrum l. 4. c. 12. n. 18. et Suar. diſp. 31. ſeſſ. 5. nu. 1. et ſeqq. qui explicant hunc textum.

b Cap. fin. de temp. ord. in 6.

Septima ſuſpẽſio per annũ à cõfirmatione, et cõſecratione Epiſcoporũ cõtra Epiſc. conferentẽ alicui electo in Epiſcopum confirmationem, vel conſecrationẽ Epiſcopalem iuxta regulam in eo, in quo peccauerint, puniantur.[a] poſtquam ad Sedem Apoſtolicam appellatum eſt, etiã ſi partes ab appellatione voluntariè recedant, niſi prius facta diligentia ſibi cõſtiterit nullam fraudem, vel prauitatem in tali negotio interceſſiſſe. et reſeruatur Papæ.[b] Nota hic non incurri hanc cenſuram ob cognitionem illius electionis poſt appellationem; ſed ob confirmationem talis electionis, et conſecrationem talis electi poſt dictam appellationem, quod eſt contra conſtitut. conc. Lugdunenſis.[c] Nota etiam non puniri hac poena alios Epiſcopos conſecrationi aſſiſtẽtes, ſed eum dumtaxat, cui cauſæ cognitio demandata erat.[d]

a Suar. diſp. 31. ſect. 5. n. 8. in fin.

b Cap. prouidæ de elect. in 6.

c In cap. quamuis eod. tit.

d Io. Andr. in d. c. prouidæ.

Octa-

Octaua ſuſpenſio à collatione ordinũ collatorum eſt contra Epiſcopum conferentem plures, vel duos ordines ſacros vno die ordinario, ſeu naturali, vel duobus diebus continuato ieiunio ſabbati, ſcilicet et ſequentis diei dominici, qui vnus dies interpretatiue, ſeu fictione canonica reputatur, et reſeruatur Papæ.[a] idq; prohibetur per Conc. Trid.[b] etiam regularibus, ſed Congreg. Cardd. in hoc cap. conc. ſic reſpondit; Qui ex conſuetudine regionis quatuor minores ordines, et Subdiaconatum ſuſceperunt eodem die, nõ ſunt ſuſpenſi, vbi clare ſupponit recipiendo plures ordines ſacros eodem die eſſe ſuſpenſos.[c]

a Cap. 13. literas de temp. ord.
b Seſſ. 23. c. 13. de refor.
c Suar. diſp. 31. ſect. 1. num. 41.

Nona ſuſpenſio per triennium à collatione ordinum eſt contra Epiſcopum conferentem alicui ordinem cum pacto, aut iuramento, quod non petet ab eo beneficium, aut alimenta, ſi beneficio, aut patrimonio ſufficienti careat, et reſeruatur Papæ.[a] Item ſuſpenſio à pontificalibus et ab ingreſſu Eccleſiæ eſt contra eũdem Epiſcopum conferentem etiam ſolam primam tonſuram ſimoniacè accepta pecũnia, pertio, vel præmio, ſecundũ bullã Sixti v. ſãctũ, et ſalutare; quia quoad hoc nõ fuit illa bulla reuocata à Clem. viii

a Cap. penul. de ſimon.

in extractu 40.Rom.Pont.decet.vt notat Sayrus.[b] Idem dic de præſentatore.

b Lib.4.c.12.n.32.

Decima ſuſpenſio à poteſtate confirmandi primum ſucceſſorem, et à beneficio eſt contra Epiſcopum, qui non diligenter examinauerit perſonam electi ad regimen animarum,et formam, ſeu proceſſum electionis.et reſeruatur Papæ.[a]

a Cap.44.nihil de elect. Ang. ſup.1.num.7.

Vndecima ſuſpenſio à diuinis eſt contra Epiſcopos,et alios Prælatos,aut canonicos, qui prætextu cuiuſuis conſuetudinis quantocunque tempore obſeruatæ, pro quacunque admiſſione alicuius in aliquã Eccleſiam, ſeu canonicatum, etc. ante, vel poſt eius electionem, confirmationẽ etc. iuramẽta illicita, impoſſibilia, damnoſa, vel Eccleſiaſticæ libertati, aut decretis Conc.Trid. obuiantia præſtant, reddunt,vel exigunt, et reſeruatur Papæ.[a] vide ſupr.in c.9.exc.n.27.

a Extrau.107.inter Apoſt.Greg.xiij.

Duodecima ſuſuſpenſio à diuinis eſt contra Vicelegatos,Rectores locorũ, et alios Sedis Apoſtolicæ officiales, qui alicui ſub quouis colore licentiam concedunt deferendi, vel retinendi, etiam ad breuiſſimum tempus, aut vendendi permittunt archibuſettos breuiores menſuræ duorum palmorum, et reſeuatur Papæ.[a] Similis cenſura eſt contra eoſdem con-

a Extrau.Pij IV.

concedentes ſimili modo deferendi licentiam etiã ad breuiſſimũ tempus, pugiones, aut aliud genus armorũ, breuiores trium palmorum menſuræ, exceptis cultellis ad incidendum panem, nõ maioribus vnius palmi, & ſine cuſpide.[b] quam puto non eſſe vſu receptam. b Extrau. 152. cum vices Pij V.

Decimatertia ſuſpenſio ab officio, & adminiſtratione temporalium eſt contra Epiſcopos, & Prælatos Eccleſiarum, qui bona immobilia Eccleſ. ſibi cõmiſſarũ laicis ſubiiciũt ſine cõſenſu capituli, & ſine ſpeciali licẽtia Sedis Apoſt. niſi modo in caſibus à iure permiſſis, & reſeruatur Papæ. Alienationes dictorũ bonorũ, iuriũ etc. nõ prohibẽtur hic fieri in forma, et in caſibus à iure permiſſis, vt ſcilicet, quæ ſolitæ ſunt dari in emphiteoſim, etc. vel quæ fiũt ob cauſam neceſſitatis, pietatis, vtilitatis, incommoditatis, aut euitationis damni. vide c. 2. excom. num. 3. a Cap. 2. hoc cõſultiſſimo de reb. Ecc. alien.

Decimaquarta ſuſpenſio, ſeu interdictũ ab ingreſſu Eccl. eſt cõtra Epiſcopos, & eorũ Superiores, qui ſibi vſurpant ſine iuſto titulo bona Eccl. aut beneficiorum vacãtiũ, vel fructus eorũ, ad ipſorũ vtilitatẽ pertinẽtes, aut ad eos, qui in talibus beneficiis ſuccedũt, & durat donec reſtituãt.[a] extat in eodẽ textu alia ſuſpẽſio ab officio, et beneficio cõtra oẽs Epiſc. infe- a Cap. vlt. præſenti de off. ord. in 6.

riores qui ſibi etiã vſurpãt bona dignitatũ perſonatuum, prioratum, vel quarũcunq; Eccleſiarum vacantium, et ad ipſorum curam, collationem, ordinationem, præſentationem, vel cuſtodiam pertinentium, & durat etiam donec Eccleſiæ grauatæ, vel ſucceſſori reſtituant.[b]

[b] Suar. d. 31. ſect. 5. n. 21. & d. 37. ſect. 1. n. 4.

Decimaquinta ſuſpenſio per annum ab exequutione officii eſt contra Epiſcopum commiſſarium, vel delegatum in cauſa alienationis rerum Eccleſiaſticarũ qui per gratiam, timorem, aut ſordes indetrimentum Eccleſiæ vtitur poteſtate ſibi commiſſa alienationi conſentiens, aut decretum, vel authoritatem interponens, & ad extimationem illati Eccleſiæ detrimenti reſeruatur Papæ.[a] debent enim cautè, & diligenter attendere cauſas in literis Apoſtolicis per ſupplicationes expreſſas, illaſq; ſollicitè examinare, an cedant in vtilitatem, &c.

[a] Extrau. 2. cum in omnibus Paul. 2.

Decimaſexta ſuſpenſio à beneficiorũ, & officiorum Eccleſiaſticorum collatione eſt contra Epiſcopos, & quoſcunque alios beneficiorum collatores, qui illorum reſignationes admittunt extra caſus deſignatos, et contra formã in conſt. Pii V. præſcriptam, et reſeruatur Papæ.[a]

[a] Extrau. 58. Quanta P: j v.

Hæc cenſura extenditur etiam 1. contra omnes electores, præſentatores, et

pa-

patronos Eccleſiaſticos, qui contra dictam formam eligentes, præſentantes, confirmantes, inſtituentes, etc. ſuſpenduntur ab electione, præſentatione, confirmatione, et inſtitutione prout cuique cōpetierit: 2. contra omnes qui talia beneficia, ſeu officia recipiunt.

Nota hic eos qui ſic ſuſpenſi audent officia, ſeu beneficia conferre, eligere, præſentare, confirmare, vel inſtituere incurrere quoad perſonas excommunicationem reſeruatam, quoad vero capitula, et conuentus ſuſpenſionem à diuinis etiam reſeruatam Papæ. Nota etiã formam, ſeu cauſam præſcriptam propter quam reſignatio ab ordinariis admitti poteſt, in eadem extrau. eſſe expreſſam, et explicari à Quaranta verb. benef. reſignationes. [b]

Decimaſeptima ſuſpenſio ab officio, et beneficio eſt contra Epiſcopos, et eorum ſuperiores, qui domos ſuas locant, vel ſub alio titulo concedunt ad fœnus vſurarum exercendam hominibus alienigenis, vel aliis non oriundis de terris ipſorum, qui tam illicitam negotiationem publicè exercere volunt, vel actu exercent, vel etiam eos in terris ſuis habitare permittunt; et reſeruatur Papæ. [a]

b Quaranta. verb. reſignationes.

a Cap. 1. de vſur. in 6.

Hinc nota ad incurrendam hanc cenſuram requiri vt iſta locatio, ſeu habitationis permiſſio fiat publicis vſurariis alienigenis non quomodocunque in hoc peccantibus peccato vſuræ, ſed quaſi ex officio, & per modum publicæ negotiationis vſuras exercentibus; vnde non incurrunt hanc cenſuram (licet grauiſſimè peccent) ii, qui publicis vſurariis indigenis eas locant contra ius naturale etc. [b]

b Suar. diſp. 31. ſect. 5. n. 14.

Decimaoctaua ſuſpenſio per trienniũ ab officio eſt contra Epiſcopos, et eorũ ſuperiores, qui odii, gratię amoris lucri, aut commodi temporalis obtentum, cõtra iuſtitiam, et cõſcientiam ſuam, omittunt contra quemquam procedere, vbi fuerit procedendum ſuper prauitatem hæreſis, aut eodem obtentu malitiosè prauitatem ipſam, vel falſo impedimentũ officii inquiſitionis alicui imponendo, et reſeruatur Papæ. [a] Ad incurrendam hãc cẽſurã requiritur iniuſtitia, quę ex prauo animo procedat, in eo qui tale committit delictum ex certa ſcientia, quod ſignificat verbum illud Contra iuſtitiam, et contra conſcientiam, alias ſecus.

a Clem. 1. §. verum de hær.

Decima nona ſuſpenſio per trienniũ à perceptione fructuum ſuarum Eccleſiarũ, eſt contra Eccleſiæ Prælatos, pro-

cura-

curantes, et clerici capiātur detineātur, carcerētur etc. à dominis tēmporalibus ſequuto captionis effectu vt beneficia renuntiēt, vel vt citati ad Apoſt. Sedem ab homine, vel à iure, ire ad ipsā nō poſſint, quæ pœna ante triēnium reſeruatur Papę.[a] Hæc cenſura cōprehēdit etiā Epiſcopos, et alios Prælatos ſæculares et regulares, quia pro inferioribus clericis extat alia grauior pœna.[b]

a Clem. II. de pœnis, & Diaz. pract. cri. c. 104.

b Suar. l. c. n. 87.

Vigeſima ſuſpenſio ab adminiſtratione fructuū ſuarum Eccl. eſt contra Epiſcopos, Abbates, vel Prælatos religionū, qui ab Apoſt. Sede confirmationē recipiunt, aut ab ea promouentur, ſi abſq; literis authenticis eiuſdem ſedis, adminiſtrationem ſuarum Eccleſ. recipiant, et reſeruatur Papæ,[a] et quamuis in hac extrau. nomen ſuſpenſionis non exprimatur, tamen ea videtur per effectus imponi quia eorum acta irritat, eoſq; prouentibus priuat.[b] Extat in eodem textu ſuſpenſio etiā reſeruata à beneficiis ſuis cōtra capitula, & cōuentus taliū Eccl. qui recipiūt huiuſmodi Epiſcopos, vel ſuperiores ſine talibus literis. idem iudica de Legato, vel Delegato Sedis Apoſtolicæ niſi oſtendat literas Apoſtolicas.[c]

a Extrau. 1. de elect. inter cō.

b Suar. loc. cit. num. 83.

c Cap. cum in iure de off. de. leg.

Vigeſimaprima ſuſpenſio à pontificalibus, & ab ingreſſu Eccleſiæ eſt contra

Epiſcopos, qui percipiunt fructus primi, vel ſecundi anni beneficii alicuius defuncti, ita vt non relinquāt portionem in extrau. 2. ſtatutam ſucceſſori, et durat, donec reſtituant. [a]

a Extrau. 2. de elect. lo. 12.

Vigeſima ſecunda ſuſpenſio per annū ab officio Epiſcopali, eſt contra Epiſcopos, et Archiepiſcopos condonantes pœnam iis, qui malo ſtudio ſiue pro odio, ſiue pro vindicta ignem appoſuerunt, vel apponi fecerunt, aut appoſitoribus conſilium, vel auxilium tribuerunt, et tenentur de damno illato ob incendium, reſtitutionem facere non ſolum Epiſcopi, qui pœnitentiam relaxarunt, ſed etiā ipſimet incendiarii, quibus damnum intulerunt. [a]

a Can. peſſimi 23. q. 8. & Say. l. 4. c. 12. nu. 44.

Vigeſimatertia ſuſpenſio ſine limitatione temporis, officii, aut beneficii, eſt contra Epiſcopum concubinarium, qui à Synodo prouinciali monitus non ſe emendet, et non aufert ſtatim abſque morali dilatione occaſionem delicti, et ſcandali, et reſeruatur Papę. [a]

a Conc. Trid. ſeſſ. 25. c. 14. de ref.

Vigeſimaquarta ſuſpenſio per annum à præſtatione ordinis collati, eſt contra Epiſcopum promouentem ad ſacros ordines ſine ſufficienti titulo beneficii, vel patrimonii aliquem clericum religioſū,

vel

vel ſecularem more religioſorum viuentem in comuni non dum profeſſum. [a] Ieſuitis exceptis per bullam Greg. xiii. quæ incipit ex Sedis Apoſtolicæ.

a Extra.74.Ro. Pont.Pij V.

Vigeſima ſexta ſuſpenſio ab Eccleſię ingreſſu, et à perceptione fructuum ſuarum Eccleſiarum, eſt contra Epiſcopos etiam Cardinales, qui populo caſuum, gratiarum, et indulgentiarum indicem, quo certo pretio ſoluto abſolui à multis reſeruatis poſſint, et diſpenſari, indulgentias acquirere publicant, vel concedunt, aut eumdem vbilibet repertum nō dilacerant, penituſq. delent, et permiſſa ſatisfactione reſeruatur Papæ ex cōſtit. [a]

a qq.quam plenum Pij v. Viuald. de ſuſp. num. 128.

Vigeſima ſeptima ſuſpenſio ab ingreſſu Eccleſiæ, ab adminiſtratione, et à perceptione omnium fructuum ſuarum Eccleſiarum, eſt contra Epiſcopos, qui per ſe, vel per procuratorem presbyterum ad hoc ſpeciale mandatum habentem, non viſitant limina Apoſtolorum tempore cuique ſtatuto, et reſeruatur Papæ ex conſtit. Rom. Pontif. Sixti V. Quaranta.[a]

a Verb.lim.Ap.

Vigeſimaoctaua ſuſpenſio ab ingreſſu Eccleſię, eſt contra Epiſcopos, et Abbates, qui bona Eccleſiarum, Monaſteriorum, locorumq; piorum quorumlibet, alienant inconſulto Rom. Pontifice, et ſi

per ſex menſes in hac ſuſpenſione induràto animo perſeuerant, ipſis elapſis, sūt ſuſpēſi à regimine, & adminiſtratione in ſpiritualibus, & tēporalibus ſuarū Eccle. vel Monaſteriorum, quibus præſident. ex extrau. Ambitioſæ. de reb. alien. vel non.

Vigeſimanona ſuſpenſio ab ingreſſu Eccleſiæ eſt contra Epiſcopos, qui occaſione viſitationis Eccleſiarum munera, aut procurationes in pecunia etiã à ſpōte offerentibus recipiunt, aut etiam in victualibus ab iis, quibus viſitationis officium non impendunt, niſi intra menſē duplū reſtituãt; inferiores vero Epiſcopis sūt ſuſpenſi ab officio, et beneficio, etc.[a]

a Cap. exegit de cenſ. in 6.

Trigeſima ſuſpenſio ab ingreſſu Eccleſiæ pro prima vice, pro ſecunda vero ſuſpenſio à diuinis eſt contra Epiſcopos, etiam Cardinales, qui curam, & regimen Monaſteriorum Monialium habentes ea ingrediuntur in caſibus non neceſſariis & reſeruatur Papæ. Quæ extenditur etiã contra quoſcunque ſuperiores etiam regulares huiuſmodi curam habētes etc.[a]

a Extr. 29. Dubijs Greg. xiij.

Trigeſimaprima ſuſpenſi à diuinis, & ab ingreſſu Eccleſiæ eſt contra Epiſcopos, & Archiepiſcopos, qui quouis prætextu, & quæſito colore beneficia Sedi Apoſtol. reſeruata, ſeu affecta alicui confer-

fer-

ferre, aut de illis prouidere, aut in illis, vel eorum poſſeſſione quoquomodo ſeſe intromittere prȩſumũt, & reſeruaur Papȩ.[a]

Trigeſimaſecunda ſuſpenſio à diuinis eſt contra Rectores et alios Gubernatores locorum immediate Sedi Apoſt. ſubiectorum, qui pœnas pecuniarias ex maleficiis, aut confiſcationes bonorũ in partem, vel in totum alteri applicare audẽt, quã Cam. Apoſt.[a] vide catal. exc. c. 8. n. 8.

Trigeſimatertia ſuſpenſio ab ingreſſu Eccleſiæ eſt cõtra Prælatos qui vllos cõmẽtarios etc. ſine auctoritate Apoſt. edere audẽt ſuper decretis Cõc. Trid. etiã ad maiorem eorum corroborationẽ, etc.[a]

Trigeſimaquarta ſuſpenſio à pontificalibus eſt contra Antiſtites, qui aliquid recipiunt in collatione, aut alia prouiſione, ſeu admiſſione beneficiorum à prouiſis auctoritate ordinaria, vel Apoſtolica de illis; et præmiſſa ſatisfactione reſeruatur Papæ. vide catal. excõ. in c. 9. n. 24[a]

Aduerte hic alias afferri ſuſpẽſiones à DD. cõtra Prȩlatos, ſed quia vel nõ ſũt in vſu, vel latæ à Cõc. prouinciali, et vbique non obligant, vel ſunt ſententiȩ ferendæ, aut interdicta, aut excommunicationes, vel denique carent ſufficienti fundamento, vt probat Suarez.[a]

[a] Extrau. 35. & 36. Pij. IV.

[a] Extra. 56. decet Pij IV.

[a] Extr. 96. Benedictus Deus Pij Quarti.

[a] Extrau. 106. durum nimis Pij Quinti.

[a] In diſp. 31. ſect. 5. n. 6. & diſp. 40. ſect. 8. n. 5.

Suſpen-

Suſpenſiones contra Clericos.

Cap. 2

PRima ſuſpenſio ab ordine ſuſcepto eſt contra eum, qui ordinatur ab Epiſcopo hæretico, Schiſmatico, interdicto non toleratis, aut ſimoniaco per ſentẽtiam declarato; vel qui ordinatur ab Epiſcopo, qui Epiſcopatui abſolute renuntiauit, & reſeruatur Papæ, vt ex c. 1. et 2. de ſchiſm. et c. 1. de ordin. ab Ep. qui ren. notat Coink. [a] Hinc nota 1. ſcienter ſic ordinatum ligari hac cenſura Papæ rereſeruata, quia licet hic veros ordines recipiat, non tamen eorumdem exequutionem; nemo enim dare poteſt, quod non habet, ſupradicti carent ſolum exequutione ordinum, ergo eam dare nequeunt; ſecus eſt ſi ordinetur per ignorantiam probabilem (modo non ſit ignorantia craſſa) quia tunc quando incurritur ſuſpenſio ab ignorante inuincibiliter non eſt vere cenſura, quia celebrando nõ fit irregularis, ſed quædam inhabilitas, qua in foro tantum exteriori impeditur, donec ad miniſtrandum à legitimo Iudice

[a] Diſp. 15. de ſuſp. dub. 5. n. 31.

ce facultatem accipiat.[b] Nota 2. hac cẽſura ligari etiam obtinentem per ſimoniam dimiſſorias ad ordines, quia cenſetur commiſſa in ordine.[c]

b Auil. 9.p. diſp.5.dub.8.§.ad argumentum.

c Nau.conſ.67. de ſim. in fin.

Secunda ſuſpenſio à ſacris ordinibus eſt contra eum, qui ſine canonica diſpẽſatione, aut legitima licentia, ordinatur ſacris ante legitimam ætatem, vel extra tempora à iure ſtatuta, aut abſq. dimiſſoriis litteris proprii Epiſcopi, et reſeruatur Papæ, ſi in ſic ſuſceptis quis miniſtrat,[a] antequam cum eo legitimè diſpenſetur. Circa quam nota ad incurrendam hanc cenſuram requiri dolum, quia verbum, præſumpſerint, in dicta extrau. poſitum, licet videatur potius ſuper vſum ordinis ſic ſuſcepti cadere, quàm ſuper illius receptionem, tamen vt ex comuni aſſerit Auila cadit ſuper vtrumq.[b] Hinc fit, vt qui facit ad ſacrũ ſe promoueri ex ignorantia etiam culpabili non incurrat hanc cenſuram, niſi eſſet craſſa ignorantia facti, vel ignorantia iuris, etiam ſi talem extrauagantem ignorauerit, quia ignorare id quod communiter omnes ſui ordinis tenentur ſcire, dicitur præſumere, vt obſeruat ſacra pœnitentiaria.[c]

a Extrau. 6. cũ ex ſacrorum Pij II. & ibi communiter DD.

b Auil. loc. cit. dub.7.§.pro intelligentia.

c Tol.l.1.c.61.

Nota etiam in tribus caſibus poſſe aliquem

quem ab alieno, ſed vicinioris Epiſcopo ordinari ſine dimiſſoriis proprii Epiſcopi, et nõ incurritur hæc cenſura: primus caſus eſt, quando Epiſcopus eſt ſuſpenſus eo quod alienos ordinauit ſine dimiſſoriis proprii Epiſcopi: Secundus, quãdo interuenit ratihabitio proprii Epiſcopi, quod intellige de ratihabitione de præterito, vel de præſenti expreſſa ſigno aliquo exteriori, non tamen de ratihabitione de futuro: Tertius quando quis fuit familiaris per triennium alicui Epiſcopo præſenti, et habenti Diœceſim, non autẽ abſenti, vel titulari. [d]

d Auil. lo. cit. §. dico quinto.

Tertia ſuſpẽſio ab ordine ſuſcepto eſt contra eum, qui aliquo ſacro ordine ab alieno Epiſcopo ordinatur ſine teſtimonio proprii Epiſcopi, quo eius probitas, et mores commendentur, etiam ſi id fiat cuiuſuis generalis, aut ſpecialis reſcripti vel priuilegii prætextu, etiam ſtatutis tẽporibus, quæ durat quamdiu videbitur proprio Ordinario expedire. [a]

a Concil. Trid. ſeſſ 23. c. 8. de reſor.

Quarta ſuſpenſio à ſuſceptis, eſt contra Vltramontanos promotos in Italia abſque ſui Epiſcopi, vel ſummi Põtificis licentia, et reſeruatur Papæ. [a]

a Cap. de temp. ord. in 6.

Quinta ſuſpenſio à ſuſceptis eſt contra eum, qui à proprio etiam Epiſcopo in alie-

in aliena diœceſi ſine expreſſa loci licentia, ordines recipit. [a] Quo fit vt qui ſine dimiſſoriis literis proprii Epiſcopi, ab alio Epiſcopo, in aliena Diœceſi abſque debita licentia, miniſtrante, ordines ſuſcipit, duas contrahit ſuſpenſiones, quarum altera eſt quia ordinatur ſine dimiſſoriis, altera vero quia ab alieno Epiſcopo in tali loco ſuſcipit ordines. [b]

Sexta ſuſpenſio ab ordine ſuſcepto eſt contra eum, qui ficto, et ementito titulo ordinatur, vtendo aliquo dolo, vel fraude: 1. ſi cum ipſo Epiſcopo ordinante, vel cum alio, qui ipſum ad ordines præſentet, paciſcatur, aut cum iuramento, vel alio firmo modo ſe obliget, quod non petet ab eo beneficium vel aliquid aliud vnde ali poſſit: Secundo, ſi ab aliquo accipit titulum patrimonij ſub pacto occulto iterum dandi modo id fiat ſpecialiter ad finem ſuſcipiendi ordines illo titulo, et reſeruatur Papæ. [a]

Circa quam nota primo eum, qui à ſuo proprio Epiſcopo literas dimiſſorias ficto, et ementito titulo patrimonii, vel beneficii, aut penſionis impetrat, falſo probando habere, quod reue-

a Concil. Trid. ſeſſ. 6. c. 5.

b Suar. ſect. 1. diſp. 31. n. 21.

a Cap. pen. de ſim. & cap. per tuas eod.

reuera non habet, etc. ſi poſtea ordinetur, duplicem ſuſpenſionem incurrere, quarum altera eſt, quia ſine validis dimiſſoriis literis, altera vero, quia ſine vero titulo ordinatur. [b]

b Suar. diſp. 31. ſect. 1. n. 33. vſq. ad 37.

Nota ſecundo eum excuſari ab hac ſuſpenſione 1. qui ſine vlla fraude, et deceptione vel malitia ſe permittat ab Epiſcopo ordinari: 2. qui petit ab alio ordines ſincere confitendo ſe nullum habere titulũ, et nihilominus ordinatur; ex Suarez loc. cit. quicquid alii dicant.

Nota 3. hanc ſuſpenſionem non ſolũ comprehendere clericos ſeculares qui fecerunt ſe promoueri ad ordines ſacros ficto titulo, ſeu variis artibus, ac fallaciis configentes ſe illum ſufficientem habere aliqua demonſtrando per quæ ordinatos credidit, vel credere debuit, ſed etiam religioſos, ac etiam clericos ſeculares more religioſorum viuentes in comuni non profeſſos, qui eodem modo ſine titulo faciunt ſe ad ſacros promoueri. [c] religioſis ſocietatis Ieſu exceptis. [d]

c Extra. 74. Romanus Pontif. Pij V

d extra. ex Sed. Apoſtolicę Gregor. xiij.

Septima ſuſpenſio ab ordine per ſaltum ſuſcepto eſt contra eum qui omiſſo v. gr. Diaconatu fecit ſe promoueri ad Presbyteratus ordinem, et reſeruatur Epiſcopo; qui cum eo, ex legitima cauſa

poteſt

poteſt diſpenſare, ſi in eo non miniſtrauerit, alias Papæ, idem intellige de prætermiſſo ordine.[a]

Octaua ſuſpenſio ab ordinis ſuſcepti vſu, et ſuſceptione ſuperiorum, nec non ab officio, et beneficio eſt contra eum, qui ad ſacrum ordinem fecit ſe promoueri poſt contractum matrimonium etiã non conſumatum, et reſeruatur Papæ, niſi hic religionem ingrediatur, quia tũc poteſt cum eo Epiſcopus diſpenſare.[a] Circa quam nota matrimonium hoc ratum non diſſolui per ſuſceptionem ſacri ordinis, ſed ſolum per mortem, aut per emiſſam in approbata aliqua religione profeſſionem, etiam altero coniuge inuito,[b] quia matrimonium conſumatum nullo modo diſſoluitur per emiſſionem profeſſionis in quacunque religione, niſi per votum ſolemne perpetuæ continentiæ in aliqua religione, ſi alter coniugum remanens eſt de incõtinentia ſuſpectus:[c] Nota etiam ſuſpenſionem contractam per ſuſceptionem ſacri ordinis poſt matrimonium ratum durare etiã poſt mortem talis vxoris, vt conſtat ex ead. extra. vnica.

Nona ſuſpenſio ab ordinibus in excõmunicatione ſuſceptis eſt contra eum, qui

a Concil. Trid. ſeſſ. 23. de ref. c. 14. Suar. l. 6. num. 48.

a Extrau. vnic. de vot. & vot. red. Io. 22.

b Cap. 2. Verum & c. ex parte el 2. de conuerſ. coniug.

c Cap. 13. ad Apoſtolicã eod.

qui cum ſit excommunicatus ob violentam manuum iniectionem in clericum, ſuſcipit ordines, et reſeruatur Papæ.[a] Nota hic clericum ſecularem ſic ordinatum ſiue ſcienter, ſiue ignoranter indigere Papæ diſpenſatione quia talis ignorantia non dicitur inuincibilis, ſed craſſa quia in facto tam graui, vt eſt iniectio manuum etc. et in iure tam manifeſto, vt eſt excommuicatio nõ præſumitur probabilis ignorantia; tamen ſi vere talis eſſet ignorantia, quæ excuſaret à culpa mortali, excuſaret etiam ab hac cenſura in conſcientia.[b] Cum religioſo autem ſic ordinato poteſt ſuus Prælatus diſpenſare niſi delictum ſit graue, vel iniectio manuum fuerit à religioſo in clericum ſecularem facta, quia tunc reſeruatur Papæ.[c]

a Cap. 32. cum illorum de sẽt. excom.

b Nau. c. 27. nu. 241.

c Ex dict. c. 32. Suar. loc. cit. n. 56.

Decima ſuſpenſio ab officio, eſt contra clericum, qui ab vſurario ſpecialiter et nominatim per ſententiam condemnato, vel ſaltem de tali crimine declarato oblationes Eccleſiæ factas ſuſcipit, vel tradit Eccleſiaſticæ ſepulturæ illius corpus ſic defuncti, et reſeruatur Epiſcopo.[a] Vnde qui vtrumque cõmittit accipere ſcilicet oblationes, et tradere eius corpus ſepulturæ duas contrahit ſuſpenſiones,

a Cap. quia in omnibus de vſuris.

Digitized by Google

nes, & duplici indiget abſolutione, vel vna vtranque cauſam complectente.[b] b Suar. diſp. 31. ſect. 2. n. 7.

Vndecima ſuſpenſio à ſacris ordinibus, & dignitatibus eſt contra eos, qui ſponte iurare præſumūt tenere ſchiſma, ideſt affirmare præſumunt cum iuramēto omnia facta à ſchiſmaticis eſſe valida; ſunt enim omnia ab eis facta irrita præter ordines ſecundum formam Eccleſiæ ab eiſdem collatos.[a] a Cap. 1. de ſchiſ. & ibi Doct.

Duodecima ſuſpenſio à beneficio per ſex menſes cōtra beneficiatos; & per annum contra ſacerdotes, vel dignitatem, perſonatū ſeu curam animarū habentes nec non & religioſos, qui ſine iuſta, & rationabili cauſa publicè vtuntur veſtibus variis coloribus cōteſtis; at nō beneficiati, vel in ſacris conſtituti infra ſacerdotiū illis ſic vtentes fiunt tantum inhabiles ad beneficia per idem tempus ſex menſiū.[a] a Clem. 2. de vit. & hon. cler. vnde qui domi ſecretè vel ſubtus alias veſtes, vel ex occaſione extraordinaria aliquoties etiam publicè his vtuntur, aut iis circumſtantiis vt non peccent mortaliter in quo multum poteſt loci conſuetudo non incurrunt hanc ſuſpenſionem.[b] b Auil. 7. p. di. ſput. 5. dub. 11.

Decima tertia ſuſpenſio ab adminiſtratione ſpiritualium, et temporalium,

eſt contra Prælatos; & alios beneficiatos qui Eccleſiam ſibi cōmiſſam præſumunt alienis debitis grauare, aut literas, vel ſigilla aliis concedere, quibus poſſit ea obligari, & reſeruatur Epiſcopo præmiſſa Eccleſiæ grauatæ ſatisfactione.[a]

a Cap. 2. de ſol.

Decimaquarta ſuſpenſio abſolute poſita eſt contra clericos notorios concubinarios, ſeu fornicarios, & reſeruatur Epiſcopo,[a] Sed ſatius eſt eiuſmodi diſpenſationem eſſe à Papa obtinendam, vt conſulit Couar.[b] & quamuis tales notorii concubinarii non ſint ipſo iure per Concilium Tridentinum ſuſpenſi, tamen per Congreg. Cardd. ſuper illa verba Concilii (Clericos vero, etc.) declaratio ſic habet, ſed Clerici concubinarii notorii ſunt etiam ipſo iure hodie ſuſpēſi a diuinis, prout in veteri iure ſunt.[d] vide Nau. loc. cit.

a Nau. c. 25. n. 76

b In c. ſi furioſus p. 1. §. 1. n. 5.

c Seſ. 25. c. 14. de refor.

d Can. ſi qui ſunt, 81. diſt.

Decimaquinta ſuſpenſio ab officio, et beneficio eſt contra clericum ſecularem vel regularem ſodomię crimen exercentem etiam occultè, qua ſuſpenſione durante ſi celebrat fit irregularis;[a] vnde qui talem nefandum actum ſemel, aut iterum patrat, non incurrit hanc ſuſpenſionem, quia verbum, exercentem, indicat exercitium, ſed frequentiam illius actus, quod

a Extra. 70. Pij V. Con. l. ci. n. 6.

quod per induſtriam fuiſſe in d.e xtr. poſitum aſſerit Suarez. Per ſodomiam intellige non ſolum qui mares, ſed etiam fœminas, et beſtias præpoſtera venere conſumat actum ſic nefandum.[b]

Decimaſexta ſuſpenſio eſt contra Parochum, vel alium Sacerdotem ſecularē, aut regularē, qui alterius Parochiæ ſponſos, ſine proprii Parochi licentia præſumit matrimonio coniūgere, aut benedicere, etiam cuiuſuis priuilegii aut immemorabilis conſuetudinis prętextu, et durat donec ab ordinario eius Parochi, cuius officium vſurpauit, abſoluatur.[a] Hæc et ſimilis ſuſpenſio cum abſolutè ponatur, donec aliud à Congreg. Cardd. declaretur, ab omnibus tam officio, quā beneficio intelligitur,[b] quamuis alii id negent, exiſtimantes hanc ſuſpenſionem tantum eſſe à munere, ſacerdotali.[c] dubitatur an regulares, qui ſolemnizat matrimonia ſine licentia Parochi, ſint etiam ſuſpenſi ſuſpenſione Concilii, cum ſint de iure excommunicati id facientes,[a] ad quod Decius aſſeuerantes reſpondit hic locum nō habere excommunicationem ſed ſolum ſuſpenſionem.[a]

Decimaſeptima ſuſpenſio per triennium ab Eccleſiaſticis beneficiis eſt con-

b Suar. diſp. 31. ſect. 4. nu. 21. & ſeq.

a Concil. Trid. ſeſſ. 24. c. 1. de reform.

b Auil. 3. p. diſp. 2. dub. 2. concl. 2. & 5.

c Suar. diſp. 31. ſect. 3. n. 18.

a Clem. 1. de priuil.

a Dec. in c. de cauſis de off. deleg. n. 86. & ſeqq.

tra eligentes ad Epiſcopatum, vel alia inferiora beneficia, quæ curam animarum habent annexam, eum qui conditiones poſitas in iure non habent, & priuatur etiam pro ea vice dicti clerici Epiſcopo inferiores poteſtate eligendi.[a] Cõditiones requirendæ in Epiſcopi electione ſunt tres, 1. vt eligendus, trigeſimum ætatis annum habeat: 2. vt ſit natus ex legitimo matrimonio: 3. vt vita, et ſcientia ſit cõmendabilis. Cõditiones vero in electione inferioris dignitatis, vel alterius curam animarum habentis annexã, ſunt 1. vt eligendus vigeſimumquintum annum attingat: 2. vt ſcientia, & moribus ſit commendatus. Vnde qui contra has conditiones aliquem eligunt, hanc ſuſpenſionem incurrunt, quia vt talis eſt indignus.[b] Similis pœna fertur 1. contra cõpromiſſarium, qui in Epiſcopum, aut aliam dignitatem indignũ eo modo quo ſupra eligit: 2. contra eos qui in perſonam electi ad perſonatum, etc. aliquid obiiciunt, quod probare non poſſunt.[c] 3. contra poſtulantes ad cathedralẽ Eccleſiam, eum qui vigeſimum ſeptimum ætatis annum non attingit, vel qui religioſum mendicantem ad inferiorem cathedrali Eccleſiam poſtulant, incurrunt

a Cap. cum in cunctis §. clerici de elect.

b Sua. d. ci. n. 10.

c Cap. ſi cõpromiſſarius de elect. in 6.

runt etiam ſuſpenſionem per trienniu m à beneficiis,quæ in illa Eccleſia habẽt,et ea vice à poteſtate poſtulandi,& eligẽdi.[d]

d Extra.vn. inter com. de popoſtul. Prxl.

Decima octaua ſuſpenſio à diuinis, eſt contra quoſcunq; in ſacris conſtitutos,qui in locis publicis, vbi promiſcua Virorum, et Mulierum multitudo conuenire ſolet, præſumunt de conceptionie Beatæ Virginis diſputare alterutram partem refellendo, aut impugnando, vel de hac quæſtione vulgari ſermone ſcribere, vel dictare etiam cuiuſuis pietatis, & neceſſitatis prætextu, & reſeruatur Papæ: & pręterea fiunt eo ipſo inhabiles ad quemcumque gradum dignitatem, & adminiſtrationem obtinenda, & priuatur obtentis.[a] Vide ſupra in catal. exc. in cap. 5. num. 4. infra de reg. Vbi habes confirmationem talis cenſuræ cum reſeruatione à S.D.N. Paulo V.emanatam contra omnes Eccleſiaſticos.

a Extra.119. ſuper ſpecul am... Pij V.

Decima nona ſuſpenſio à ſacrorũ ordinum vſu eſt contra clericos,qui in Vrbe Roma commorantes,qui ſine licentia Vrbis Vicarii in ſcriptis obtenta fidẽ facientis de eorum idoneitate, & ſcientia per examen approbati, faciunt ad ſacros ſe promoueri extra Vrbem,etiam ſi

habeant licentiam ſuorum ordinariorũ ad ordines,et miniſtrãtes in ſic ſuſceptis ante abſolutionem a dicta ſuſpenſione, fiunt irregulares,et reſeruatur Papæ. vide decretum Vicarii 24. Nouembris 1602. de mandato Clementis VIII. à Sanctiſſ. Paulo V. dum Cardinalis Vicariatus munere ſanctiſſime fungebatur in Vrbe editum.

Vigeſima ſuſpenſio ab officio, et beneficio eſt contra omnes Epiſcopis inferiores,qui occaſione viſitationis procurationes in pecuniam recipiunt, à viſitatis, vel munera, aut procurationes in victualibus recipiunt a locis nõ viſitatis et tandiu durat quouſque duplum eius quod acceperint,reſtituant Eccleſiis grauatis.[a] quoad Ediſcopos vide infra in catal.interd.c.1.nu.2.

a Cap. exegit. de cenſ.in 6.

Vigeſimaprima ſuſpenſio ab officio, et beneficio eſt 1.contra eos, qui vacãte Sede Eccleſiæ Cathedralis,regularis vel collegiatæ,bona ipſius ſedis, aut Prælati defuncti occupant:[c] 2. contra clericos Epiſcopi inferiores, qui bona Eccleſiarum ſibi ſubiectarum vacantium, vel ad ſuam diſpoſitionem pertinentium iniuſte ſibi vſurpant:[c] quoad Epiſcopos vide infra in catal.Inter. n. 1.

a Cap. quia ſæpe de elect.in 6.

b Cap.præſenti de off.or.in 6.

Aduer-

Aduerte hic 1. alias a Doctoribus afferri ſuſpenſiones contra clericos quas conſulto amitto ob rationes à me alias ſimiles allatas: Aduerte 2. Epiſcopus, & religioſos non comprehendi in ſuſpenſionibus, & interdictis generalibus niſi fiat de eis ſpecialis mentio vt Vgolin. de conſ. aſſerit.[a] 3. ſuſpenſum ab vſu minorum ordinum non eſſe à receptione maiorum niſi in ipſa receptione exequutio intercedat: 4. In ſuſpenſio ab ingreſſu Eccleſiæ clericos tantum, in interdicto vero à dicto ingreſſu laicos, & clericos comprehendi.[b]

a Tab. 4. c. 11. §. 2. & Sayr. l. 4. c. 13. n. 21.

b Auil 5. p. diſp. 4. dub. 5. per tot.

Contra Religioſos Cap. 3.

Prima ſuſpenſio eſt contra religioſos etiam Parochos, qui alterius parochiæ ſponſos præſumit matrimonio coniungere, aut benedicere ſine proprii eorum Parochi licentia etiam cuiuſuis priuilegii, aut immemorabilis conſuetudinis prætextu, et durat donec ab ordinario eius Parochi, qui matrimonio intereſſe debebat, ſeu à quo benedictio ſuſcipienda erat, abſoluatur,[a] vide ſupra in c. 2. nu. 16.

a Concil. Trid. Seſſ. 24. de ref.

Secunda ſuſpenſio ab ordine in apoſtaſia ſuſcepto, eſt cōtra religiosū profeſſū, qui ſacrū ordinem, dum Apoſtata à religione exiſtit, recipit, & reſeruatur Papæ.[a]

a Cap. vlt. de Apoſt.

Tertia ſuſpenſio à receptione ad profeſſionē, eſt cōtra Religioſos Mendicātes, aliquē ad profeſſionem admittētes intra annū probationis, et reſeruatur Papæ.[a]

a Cap. non ſolū & c. cōſtitutionem de reg.

Circa quam nota 1. hanc ſuſpenſionem habere locum non ſolum in ordinibus mendicantium iam exiſtentibus, ante has conſtitutiones, ſed etiam extendi ad ordines mendicantes poſtea natos vt minimorum S. Franciſci de Paula, & Societatis Ieſu, ac etiam ad naſcituros modo à Sede Apoſtolica approbati fuerint.[b] Nota 2. religioſos, qui in ſuis peculiaribus conſtitutionibus à ſede Apoſtolica approbatis, habent, vt nemo admittatur ad profeſſionē, niſi poſt biēniū, nō incurrere hanc ſuſpenſionē, ſi poſt annū ſtatim ad profeſſionē recipiūt, quia licet cōmittant contra conſtitutiones, nō tamē peccant cōtra ius cōmune, et ideo poſſunt ab eorum ſuperiore abſolui. ex gloſ. in d. c. non ſolum verb. ſuſpenſos.[c]

b Suar. diſp. 31. ſect. 6. n. 7.

c Suar. l. cit.

Quarta ſuſpenſio ab officio, eſt contra religiosū alicui monaſterio, aut cuiuis adminiſtrationi præſidentē, qui vltra triēnium

niũ, vt ad vitã, vel ad diuturnum tempus concedit alicui iura, redditus, aut poſſeſſiones eiuſdem religionis ſine ſufficienti neceſſitate, aut vtilitate, et conſenſu ſuperioris, et conuentus.[a]

[a] Clem. 1. de rebus Eccl. alien. vel.

Quinta ſuſpenſio ab adminiſtratione officii et beneficii eſt contra religioſos, qui ſibi appropriant, vel iniquè vſurpant decimas ad ſe nõ pertinentes, vel in hoc defraudantes Eccleſias aliquo ex modis in clem. de decimis narratis, et niſi intra duos menſes ſatisfecerint, durat donec reſtituant;[a] qui vero non habent adminiſtrationem incurrunt excommunicationem, quam vide in catal. excom. c. 3. nu. 7. & 19.

[a] Clem. 1. de decim.

Hæc ſuſpenſio comprehendit quoſcunque religioſos vtriuſque ſexus, etiã militares in ſuo ſtatu viuentes; ad quam incurrendam requiritur 1. vt tales religioſi requiſiti ab eis, quorum intereſt, intra menſem non ſatisfaciant: 2. vt interueniat actu, vel prohibitio, vel appropriatio, etc. ſecus autem ſi tantum eas non ſoluunt.[b]

[b] Suar. diſp. 31. ſect. 6. n. 9.

Sexta ſuſpenſio à beneficio, collatione per annum eſt: primo, contra Abbatem, vel Priorem, qui vero Abbatem non habet, non vtentem habitu, et ve-

et veſtitu ad formam præſcriptam in Clem. 2. de ſtat. mon. 2. contra inferiorem adminiſtrationem habentem, eam per annum etiam ille priuabilis, ad illam vel beneficium intra annum recipiendum.[a]

a Clem. 1. §. ſi quis de ſtat. mō.

Hæc ſuſpenſio extenditur etiam ad ſimilem religioſum qui venationi, aut aucupationi clamoſę, vel alias cum canibus aut auibus ex propoſito intereſt. Circa quam nota 1. hac pœna non ligari omnes religioſos, aut monacos, ſed tantum nigros S. Benedicti.[b] 2 requiri ad eam incurrendam, vt cum ſufficienti aduertentia, & per modum ordinarii habitus illo ſibi prohibito vtatur: 3. eum excuſari, qui aliquantulum intereſt in illa venatione.[c]

b Gloſ. ibidem

c Pan. ibidem.

Septima ſuſpenſio abſolute poſita eſt contra Prælatos Religionum qui requiſiti non ſatisfecerint intra menſem Eccleſiis, aut perſonis Eccleſiaſticis damnificatis, ſeu læſis de ijs, quæ ad eos quoquomodo peruenerint occaſione quorumdam exceſſum ſuorum religioſorum.[a]

a Clem. 1. de priuil.

Ad iuquirendam hanc cenſuram requiritur vt Pręlati aliquid accipiant ſiue pro monaſterio ſiue pro perſonis priua-

tis

tis ex occaſione exceſſuum ibi prohibitorum, ſuis religioſis; quales ſunt 1. ne cum interſint condendis teſtamentis, retrahant teſtatores à reſtitutionibus faciendis, aut legatis, matricibus Eccleſiæ relinquendis: 2. ne legata, aut debita, vel male ablata incerta ſibi, aut aliis ſingularibus ſui ordinis, vel conuentibus in aliorum præiudicium fieri, aut erogari procurent, etc. Nota etiam Prælatos tantum religionum incurrere hãc cenſuram, qui poſt menſem à facta requiſitione ab his, in quorum præiudiciũ bona vſurpata ſunt, non ſatisfecerint.[b] b Suar.l.ci.n.11

Octaua ſuſpenſio à munere concionandi eſt contra religioſos confeſſarios, vel concionatores, qui in audiendis confeſſionibus ſcienter omittunt confitentibus conſcientiam facere de ſoluendis decimis, et durat donec id egerint ſi commode potuerunt.[c] Vbi nota ad incurrendam hanc ſuſpenſionem requiri, vt ſint requiſiti à Rectoribus Eccleſiarum facere conſcientiam confitentibus. idq; ommittant ſcienter in actu confeſſionis modu confitentes aliquo modo ſe oſtendãt ſe eſſe obligatos ad earum ſolutionem; ſecus ſi id omittaut ex inaduertentia, vel confitentes nullam huius obligationis

a Clem. 3. de pen.

no-

notitiam patefaciunt.ex ead. Clem.Nota etiam eos ſic ſuſpenſos concionantes incurrere excommunicationem, quam vide ſup. in catal. excom.c.3.n. 19.

Nona ſuſpenſio ab officio,et beneficio per annum eſt contra Abbates, et alios quoſcunque quantumuis exemptos, qui literas dimiſſorias aliquibus clericis ſecularibus, vt ab aliis ordinentur, concedunt.[a] Vbi nota 1.Abbates,etc.non poſſe eiuſmodi licentiam concedere talibus clericis etiã ſi hi ad ſuã pertineant iuriſdictioné:2.regularibus ſubditis poſſe cõcedere illã: 3.Nota eandem pœnã imponi cõtra collegia,aut capitula cathedraliũ ſimiles dimiſſorias concedentia excepto caſu quãdo vacat ſedes anno elapſo[b]

a Concil.Trid. ſeſſ.23. c.10.de reform.

b Tol.l.1. c.49. num.5.

Decima ſuſpenſio ab exequutione ſacrorum ordinum eſt contra Fratres Prędicatores ſi perturbare præſumunt officium inquiſitionis contra hæreticos per Fratres Minores adminiſtratum, vel è contra Fratres Minores idem facientes contra Prædicatores, et reſeruatur Papæ.[a]

a Ant. 3.p. tit. 27.c.4.§.fratres.

Vndecima ſuſpenſio à diuinis eſt contra omnes regulares, qui præſumunt introducere intra eorum Monaſteria, ſeu domos mulieres cuiuſuis conditionis

nis facultatem habentes à Sede Apoſtolica ea ingrediendi, vel etiam ea carentes; [a] ſimplicitas tamen, aut incogitantia, vel obliuio extrauag. 22. Regularium Pii V. poteſt tantum eos excuſare ab hac cenſura, vt notat Nau. in c. ſtatuimus 19. q. 3. num. 62.

a Viuald de ſuſp. num. 131.

Aduerte hic 1. ſuſpenſiones ſupra poſitas contra clericos ſeculares religioſos conuenientes hic poni, et adaptari poſſe: 2. Epiſcopos religioſos hic non comprehēdi niſi de illis fiat ſpecialis mētio.[a]

a Cap. quia periculoſum de ſent. exc. & glo. in clem. 1. de priuileg.

Contra Capitula Iudices Eccleſiaſticos, &c.
Cap. 4.

PRima ſuſpenſio à beneficiis eſt contra Capitula, Conuentus, etc. qui Epiſcopos, Abbates, vel religionum Prælatos, à Sede Apoſtolica confirmatos recipiunt in ſuos ſuperiores abſque literis authenticis eiusdem ſedis, et reſeruatur Papæ. [a] obſcurum eſſe aſſerit Suarez loco citato, ſect. 5. numero 23. an ſingulæ perſōnę de capitulo ſint ſuſpēſæ à ſuis beneficiis, vel capitulum à comunibus beneficiis; Idemque Suarez videtur aſſen-

a Extrau. 1. de elect.

aſſentiri potius eſſe ſuſpenſionem a comunibus beneficiis, quã a ſuis ſingularibus quia in hoc caſu, et in ſimilibus capitulum non ſignificat ſingulas perſonas ſed vniuerſitatem ipſam, ergo ſuſpenſio

b Suar. diſp. 28. ſect. 3. n. 5.

capituli ſolum comunitatem ligat. [b]

Secunda ſuſpenſio ab officio, et beneficiis eſt contra capitula, collegia, et ſingulares perſonas, quæ vacante ſede Eccleſiæ cathedralis, regularis, aut collegiatæ occupant bona ad Prælatum defunctum ſpectantia, vel obuenientia tempore vacationis, quæ in vtilitatem Eccleſiæ expendi debent, vel reſeruari futuris ſucceſſoribus, et durat donec reſtituerint, quicquid de bonis perceperint ſupradictis. [a] Nota hic ſuſpenſionem hanc ex materia, et circumſtantiis verborum ferri in omnes delinquentes, ſiue ſint communitates aliquę a comunibus ſiue ſingulares perſonæ a ſuis beneficiis. [b] Nota etiam capitula, etc. numquam ſuccedere in bona Prælati defuncti, cuiuſuis iuris ſpecialis prætextu, ſed Prælatum aliquando ex ſpeciali iure ſuccedere in bona clericorum obeuntium: [c] ſedquia hodie ſuccedit Sedes Apoſtolica in bona Prælatorum, et aliorum Eccleſiaſticorum ſecularium, et regularium extra clauſtra

a c. 4. quia ſepe de elect. in 6.

b Suar. l. c. nu. 6.

d c. vlt. de off. ord in. n. 6.

deci-

decidentium, et facit ſpolia ex conſtitut. Paul. iij. Iul. ii. et Iul. iii. exceptis in Vrbe Roma decidentibus, et vbi non fiunt ſpolia, neque ſunt ſubcollectores, ideo etc. [d]

d Extrau. 18. in eminentia Pauli V.

Tertia ſuſpenſio abſolutè poſita, eſt contra capitula, conuentus, et ſingulares eorum perſonas quæ directè, vel indirecte aliquid recipiunt per modum pacti, et conuentionis ob ingreſſum religionis et reſeruatur Papæ, niſi illud pure, et à ſponte dantibus ex mera liberalitate recipiant. [a] vide ſupra in catal. exc.

a Extra. de ſim.

Quarta ſuſpenſio à diuinis eſt contra Capitula, et Conuentus, qui ſuſpenſi ob admiſſionem reſignationis beneficiorũ extra caſus, et contra formam præſcriptam à Pio v. præſumunt conferre, eligere, præſentare, confirmare, vel inſtituere, et reſeruatur Papæ. [c] ſi ad ea prouiſio beneficiorum, ſeu admiſſio reſignationum pertineant, et in vſu eius contra dict. conſt. delinquunt. Vide catal. exc. c. 1. n. 5.

a Extra. 58. Quãta Pij V.

Quinta ſuſpenſio ab officio per annũ eſt contra ordinarium, vel Delegatum Iudicem Eccleſiaſticum, qui per gratiam vel ſores aliquid in iudicio facit contra iuſtitiam, et contra conſcientiam in grauamen alterius partis, et reſeruatur Papæ.

pæ. [a] Nota hìc hanc ſuſpenſionem non eſſe ſolum ab officio iudicandi, ſed ordinis, et iuriſdictionis quia tranſgreſſos ſi celebret durante tali ſuſpenſione incurrit irregularitatem, vt in textu, quam nō incurrere ſi eſſet tantum ſuſpenſus ab officio iudicandi. Nota etiam verba cōtra iuſtitiam, et contra conſcientiam copulatiuè requiri ad hanc pœnam incurrendam ab ordinario, vel delegato iudice, non autem ab Epiſcopo, nec ab arbitro compromiſſario, vel à mero exequutore, quia neuter eorum eſt iudex ordinarius, vel relegatus. [b]

a Cap.1. de ſent. & reiud. in 6.

Sexta ſuſpenſio per menſem à diuinis et ab ingreſſu Eccleſiæ eſt contra Eccleſiaſticum iudicem, qui in cenſuris ferendis non ſeruat formam in iure præſcriſcriptam, vt ſcilicet eas inſcriptis ferat, cauſam conſcribat, et requiſitus exemplum ſententiæ intra menſem tradat per publicum inſtrumentum, vel per litteras teſtimoniales ſigillo conſignatas. [a] Nota hìc hanc pœnam Eccleſiæ ingreſſus non eſſe cenſuram ſuſpenſionis, ſed interdicti, vt dicemus infra, et ferri in vindictam delicti, et non in contumaciā vnde non eſt quis intra menſem abſoluendus ab interdicto, quantumuis ſatiſfaciat,

b Suar. diſp. 31. ſect. 4. n. 16.

a Cap. 1. de ſēt. e. com. in 6.

faciat, et pœnitentiam agat.[b]

Septima ſuſpenſio per annum ab officio eſt contra Conſeruatores Iudices, qui de aliis, quàm de manifeſtis in curſis, & violentiis ſcienter ſe intromittunt, vel ſuam poteſtatem ad alia extendunt, quã ad ea, quæ iudicialem indaginẽ exigũt.[a] Nota hic hanc pœnam non extendi ad Epiſcopos, quamuis in principio textus fiat mentio de Epiſcopis, eamq; eſſe ab officio clericali nedum ab officio Conſeruatoris. Suarez diſput. 31. loco citato.

Octaua ſuſpenſio per triennium à beneficiis eſt ontra quoſcunque electores tàm compromiſſarios, quàm alios, qui in Epiſcopatum, vel in aliam inferiorem dignitatem eligunt indignum eo modo, quo ſupra dictum eſt. Hęc triennalis pœna eſt à beneficiis tantum, quæ obtinent in eadem Eccleſia.[a]

Nona ſuſpenſio per triennium à beneficiis, quæ obtinent in Eccleſia de cuius electione agitur eſt contra Epiſcoporũ electores, qui poſtquã cõmodè potuerint intra octo dies diſtulerint electionẽ præſẽtare electores, et in hoc culpabiles extiterint.[a] Nota hic hanc pœnam extendi ad eligentes, vel apponentes ſe electioni

b Suar. diſp. 37. ſect. 1. n. 3.

a c. vlt. de off. de leg. in 6.

a c. 7. cum in cunctis §. clerici de elect. in 6. & c. ſi compromiſſarius eod.

a c. cupientes §. cæterum de elect. in 6.

qui intra tempus, & modum ibi præſcriptum ad Sedem Apoſtolicam non accedunt per ſe, vel per procuratores, aut per certas perſonas ad hoc deſtinatas ad reddendam rationem totius negotii, ſed quoniam eiuſmodi electiones non ſunt fere in vſu, ideo, etc.

Decima ſuſpenſio per triennium à beneficiis eſt contra obiicientes aliquid in perſonam electi, vel poſtulati ad perſonatum, canonicam, &c. quod probare nequeunt, idque intellige de beneficiis quæ in eadem Eccleſia obtinent.[a]

a Cap. 37. ſi cõpromiſſarius de elect. in 6.

Vndecima ſuſpenſio ab officio, & beneficiis eſt contra clericos electores aliquem eligentes ad dignitatem Eccleſiaſticã per abuſum poteſtatis ſecularis, vt ſi in tali electione admittũt laicos volũtariè, eorumq; poteſtates, per quas in ea aliquod munus exercetur etc. et reſeruatur Papæ, vt gloſ. Innoc. & Abb. teſtantur.[a]

a In C. 43. quis quis de elect.

Duodecima ſuſpenſio ab officio, et beneficio eſt contra Viſitatores Eccleſiarũ eorumq; familares, qui occaſione viſitationis, munera, aut procurationes in pecunia etiã à ſponte dantibus recipiũt, aut etiam inuictualibus ab iis, quibus viſitationis munus non impendunt niſi

intra

intra menſem duplum accepti non reſtituerint:[a] ſed hodie eſt in optione eorum qui viſitantur, ſi malint procurationem in pecunia iam taxatam, vel in victualibus ſoluere ſecundum Concilium Tridentinum.[b]

a Cap. 2. exegit de cenſ. in 6.

b Seſſ. 24. c. 3. §. ſit tamen.

Decima tertia ſuſpenſio abſolutè poſita eſt contra conferentes, vel recipientes beneficia eorum, qui pro ſuis negotiis ad Romanam Curiam profecti ſunt, quiue in illa, aliqua officia exercent.[a] ſed hodie ſunt excommunicati in Bulla Cœnæ.

a Extrau. 2. de priuil.

Aduerte hìc eſſe alias ſuſpenſiones in iure latas contra omnes ſupradictos, quas conſulto omitto ob rationes iam in aliis capit. allatas.

ANNOTATIONES in catalogum interdictorum.

INterdictum eſt cenſura Eccleſiaſtica, qua officia diuina, adminiſtratio certorum Sacramentorum, et Eccleſiaſtica ſepoltura prohibentur, vt ex multis aſ-

a De interd. n. 3. ſerit Viualdus; [a] quod triplex eſſe communiter affirmatur; locale, perſonale, & mixtum generale, vel ſpeciale.

Diuina officia in loco generaliter interdicto prohibita, & in nonnullis feſtis diebus conceſſa conſiſtũt in Miſſę etiam ſiue celebratione, nuptiarum benedictione, & in omnibus aliis, quæ ad vſum ſacramentorum, & ſacramentalium, &c. per Eccleſiam ordinata ſunt. [b] tempore talis interdicti non prohibentur clerici non interdicti ianuis clauſis etc. in eo loco celebrare, [c] neque prohibẽtur ibi intereſſe infantes, aliiq; carentes vſu rationis, neque priuilegiati, imò hi tenentur ſacrum diebus feſtis audire. [d]

b Nau. c. 27. nu. 272. & 277.

c c. alma mater de ſent. excom. in 6.

d Auil. 5. p. ſect. 6. dub. 6.

Baptiſmi, confirmationis, & pœnitentiæ ſacramenta etiam ſanis quocunque tempore adminiſtrari, & ſuſcipi poſſunt: Item Sacramentum Euchariſtiæ per modum viatici in articulo ex quacunq; cauſa infirmitatis imminẽti, vel in probabili mortis periculo nauigationis, pugnæ partus periculoſi et ſim. atque adeo matrimonii ſacramentum quocunque tempore etiam perſonaliter interdicto adminiſtrari poteſt. [e] Excommunicati, & qui dederunt cauſam interdicto in articulo tantum mortis poſſunt abſolui à quocũque

e Cou. in c. alm. mat. §. 3. n. 1. 3. & ſeqq.

que confeſſario præmiſſa ſatisfactione, aut ſufficienti cautione cum re non poſſint. Item in quocunque ſacro loco generaliter, vel ſpecialiter interdicto ſepelliri prohibetur etiam infantes, &c. nonnullis diebus feſtis exceptis. Vide Auil.[f]

f 5. p. diſp. 4. ſect. 1. dub. 3. & ſect. 3. per tot.

Generale perſonale interdictum reſpicit corpus politicum plurium perſonarum collectiuum, & illas ſingulas perſonas, quæ vt partes talis communitatis, ſunt, ſpeciale vero reſpicit determinatas perſonas.[g]

g c. ſi ſententia de ſent. excom. in 6.

Hinc nota 1. ſuburbia comprehendi ſub interdicto generali alicuius loci, cuius habitantes poſſunt extra illa audire diuina officia, et clerus in Eccleſiis celebrare cum conditionibus c. alma mater. Sub interdicto autem perſonali generali alicuius Cõmunitatis etiam habitantes in ſuburbiis, & innocentes comprehenduntur, qui nullibi poſſunt audire diuina officia ſi reuera ſunt partes illius communitatis; ſecus vero ſi interdictum eſt ſpeciale locale, vel perſonale, quo locum tantum, vel perſonæ determinatę prohibentur etc. Nota 2. interdicto populo non cenſeri interdictum clerum ſub cuius nomine comprehenduntur, etiam

religioſi, neque è contra; eſt interdicta Eccleſia, etiam capellas, & cœmiteria cenſeri interdicta. [h] Nota tertio eum cui eſt ingreſſus Eccleſiæ interdictus non poſſe intra eam celebrare, nec audire diuina officia, neque ſepeliri in loco ſacro, ſed bene poſſe intra eam recipere ſacramenta. Nota 4. peccare mortaliter clericos violentes aduertenter interdictum, & laicos etiam, ſed in ſex tantum caſibus 1. ſi illud violant cum ſint perſonaliter interdicti: 2. ſi cum ſcandalo: 3. ſi violenter diuinis ſe ingerunt: 4. ſi fingunt ſe clericos eſſe, vel priuilegiatos, et ſic ad ea admittuntur: 5. ſi clericos inducunt ad illicitè celebrãdum coram ſe in loco interdicto: 6. ſi diuina officia celebrãt in loco interdicto ac ſi eſſent clerici, qui celebrarent: Secus ſi laici non interdicti ſine vlla, vi fraude, aut ſcandalo ſuſcipiunt Sacramenta ſibi prohibita in loco interdicto. ex Coink de interd. [k]

h Suar. diſp. 32. ſect. 2.

i Auil. loc. cit. ſect. 3. dub. 5. concl. 5. & 6.

k diſp. 17. n. 64. & ſeqq.

Quoad eius vero relaxationem nota 1. interdictum latum ad certum tempus eo finito ceſſare, ſed antea non poteſt relaxari niſi à ferente illud, aut ſuperiore; idemq; iudica, de interdicto lato donec hoc vel illud fiat etc. Nota 2. interdictum

locale,

locale, aut generale perſonale non reſeruatum, poſſe tolli per Epiſcopum, vel alium habentem in diƈtum locum iuriſdiƈtionem Epiſcopalem: ſed interdiƈtum perſonale particulare latum ſine reſeruatione poteſt tolli per confeſſarium facultatem habentem abſoluendi à peccato mortali. Nota 3. latum in comunitatem, quæ poſtea omnino diſſoluitur, ligare tantum eos, qui cauſam dederunt interdiƈto, non autem innocentes, vt Coink loc. cit. teſtatur nu. 76.

Contra Prælatos.
Cap. I.

PRimum interdiƈtum ab ingreſſu Eccleſiæ eſt contra Epiſcopos, et alios Prælatos etiam Cardinales, qui quouis modo recipere præſumunt in confidentiam beneficia Eccleſiaſtica, et reſeruatur Papæ.[a] vide catal. excom. in c. 1. n. 5. de pœnis autem retinentium talia beneficia vide extr. 87. Pii V.

[a] Extr. 109. Pii IV.

Secundum interdiƈtum ab ingreſſu Eccleſiæ eſt contra Epiſcopos, et alios Prælatos etiam Cardinales, qui Moniliũ Monaſteriorum curam habentes, ea pro prima vice extra caſus neceſſarios in-

a Extr. 75. dubiis Greg. 13.

grediuntur. [a] vide catal. excom. in cap. 3. num. 12.

Tertium interdictum ab ingreſſu Eccleſiæ eſt contra Epiſcopos, & alios Maiores etiam Cardinales, qui doctorandi facultatem habentes aliquem promoueri patiuntur, non præmiſſa fidei profeſſione, etc. iuxta formam conſtitut. Pii Quarti. [a] Vide catalog excomm. in c. 8. num. 6.

a Extr. 113. Pii Quarti.

Quartum interdictum ab ingreſſu Eccleſiæ eſt 1. contra Metropolitanum, qui non denuntiat Romano Pontifici infra tres menſes abſentiam ſuorum ſuffraganeorum in propria Diœc. vltra annum non reſidentium: 2. contra antiquiorem Epiſcopum eodem modo omittentem denuntiare Summo Pontifici abſentiam Metropolitani. [a]

a Concil. Trid. Seſ. 6. c. 1. de ref. §. creſcente.

Quintum interdictum ab ingreſſu Eccleſiæ eſt contra Epiſcopos, & ſuperiores, qui ſibi vſurpant ſine iuſto titulo bona dignitatum, perſonatuum, prioratuum, & quarumcunque Eccleſiarum ad ipſorum curam, ſeu prouiſionem pertinentium, quæ in vtilitatem miniſtrorum decidentium, vel talibus beneficiis ſuccedentium ſeruari debent, et durat donec reſtituãt. [a] vid. cat. ſuſp. in c. 3: n. 20

a c. præſenti de off. ord. in 6.

Sex-

Sextum interdictū ab ingreſſu Eccleſiæ et à pontificalibus eſt contra Epiſcopos,& ſuperiores, qui ſibi vſurpant aliqua bona beneficiorum vacantium primi, vel vlterius anni, quæ alicui Eccleſię, vel perſonis competunt ex iuſtis titulis, niſi intra menſem cum effectu ea reſtituant iis ad quos iure pertinent.[a]

[a] Extr. vn. ne ſede vacante.

Septimum interdictum ab ingreſſu Eccleſiæ eſt contra Epiſcopos, & alios Prælatos, qui bona Eccleſiæ, Monaſterii, etc. præterquam in caſibus à iure permiſſis, alienare præſumunt inconſulto Romano Pontifice.[a] vide catal. ſuſp. c. 1. n. 25.

[a] Extr. ambitioſæ de reb. eccl. alien.

Octauum interdictum ab ingreſſu Eccleſiæ, eſt contra Epiſcopos, et alios prælatos, qui occaſione viſitationis accipiunt procurationem in pecunia, etc. vide cat. ſuſp. c. 2. n. 20. in quo hoc idem notaui, quia licet hæc pœna, et aliæ ſimiles ferantur ſub nomine ſuſpenſionis. reuera tamen non eſt cenſura ſuſpenſionis, ſed interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ: Nota hic eos, qui tali interdicto ligati moriuntur, non ſepelliri in cœmiterio.[a]

[a] c. 2. exegit de cenſ. in 6.

Nonum interdictum ab ingreſſu Eccleſiæ eſt contra quoſcunque Prælatos, qui

qui ſine auctoritate Papæ audent ſuper decretis Concil. Trid. vllos commentarios, gloſas, annotationes, ſcholia aliudue interpretationis genus edere. Quod extenditur etiam contra audentes quocunque nomine, aut quæſito colore aliquid ſtatuere ſuper iiſdem decretis etiã prætextu maioris corroborationis. [a]

a Extra. 96. benedictus Deus Pij Quarti.

Decimum interdictum ab ingreſſu Eccleſiæ eſt contra eum, qui Epiſcopatum, vel Abbatiam, vel quamcumque inferiorem Eccleſiaſticam dignitatem de manu laicæ Perſonæ cum effectu ſuſcipit, ideſt eius poſſeſſionem accipit, et durat donec locum reſipiſcendo non deſerat: vnde qui talem acceptam dignitatem à laico de facto non occupat, non incurrit hoc interdictum: Hæc cenſura ligat etiam conferentes, ſiue ſint Imperatores, ſiue Reges, [a] etc.
(. · .)

a Cap. ſi quis deinceps 16. q. 7. Suar. loc. cit. n. 9.

Con-

Contra Clericos Religioſos, & laicos, Cap. 2.

PRimum interdictum abſolutè poſitũ eſt et ſine reſtitutione 1. contra Iudices Eccleſiaſticos Epiſcopis inferiores, qui officiales Romanæ curiæ, vel alios ad eamdem curiam pro ſuis negotiis profectos; priuant ſuis beneficiis Eccleſiaſticis, et aliis conferunt: 2. contra eos etiam qui talia beneficia recipiunt: vbi nota hoc interdictum non ferri contra Epiſcopos, quia contra eos, & ſuperiores extat excomunicatio Papæ reſeruata; ſi eos eiuſmodi beneficiis priuant, et aliis conferunt.[a]

a Suar. diſp. 37. ſect. n. 8.

Secundum interdictum per menſem ab ingreſſu Eccleſiæ eſt contra eoſdem Eccleſiaſticos Iudices, qui in aliquem sẽtentiam excommunicationis proferunt ſine canonica monitione coram idoneis perſonis, per quas talis admonitio poſſit probari.[a] ſimile interdictum per menſẽ ab ingreſſu Eccleſiæ, et diuinis officiis, eſt contra eoſdem iudices, qui in ferendis cenſuris non ſeruant formam, et ſolemnitatem iuris præcipientis, vt in ſcriptis hoc faciant, cauſam conſcribant, et requi-

a Cap. Sacro de ſent. excom.

quiſiti exemplum ſententiæ intra menſem tradant.[b] Quæ interdicta licet eadem eſſe videantur, tamen differunt inter ſe, quia hoc loquitur de ferente cēſuram in genere, vbi nulla indiget monitione; illud vero in ſpecie deferente tantum excommunicationem vbi neceſſario requiritur monitio, ideo etc.[b]

b c. 1. de ſent. excõm. 6.

c. Suar. loc. cit. n. 3.

Tertium interdictum ab ingreſſu Eccleſiæ eſt contra clericos in ſacris conſtitutos, qui in crimine fornicationis iacent, et durat donec eos pœniteat, ſeq; emendent.[a] et quamuis hanc cenſuram nonnulli aſſerunt non eſſe vſu receptam in ordinum tamē et extirpationem tanti ſceleris exiſtimarem, eos ab hac cenra ſic iacentes non excludi, idq; apertè probatur per verba Sacræ Cong. Cardd. ſupra poſita de fornicariis, et concubinariis notoriis, quæ vide in cat. ſuſp. c. 2. num. 19.

a c. 15. ſi qui sūt 87. diſt.

Quartum interdictum ab ingreſſu Eccleſię eſt 1. contra omnes quantumuis exemptos, vel cuiuſcunque ordinis, aut religionis, qui violant locale interdictū ab homine, vel à iure latum ſcienter celebrando, vel faciendo celebrare diuina officia in locis interdictis extra caſus à iure permiſſos: 2. contra eos, qui publicè

cè excommunicatos, vel interdictos ad diuina officia, ſeu Eccleſiaſtica ſacramẽta, aut Eccleſiaſticam ſepolturam admittunt.[a] Vbi nota hanc cenſuram habere locum in exemptis à iuriſdictione ordinariorum circa excommunicatos, et interdictos non toleratos, non autem circa ſuſpenſos.[b]

a c. 8. Epiſcoporum de priuil. in 6.

b Suar. diſp. 37. ſect. 1. n. 5. & 6.

Quintum interdictum ab ingreſſu Eccleſiæ eſt contra laicos de familia Prælati Eccleſias, ſeu etc. perſonaliter viſitãtis, qui aliquid vltra moderatas taxationes per ſe, vel per alios Prælato ignorante, nec ratum habente, recipiunt ab Eccleſiis, Monaſteriis, et locis aliis viſitatis, & durat donec duplum eius quod acceperint, locis grauatis cum effectu reſtituant. vide extr. vnic. de cenſ.[a]

a §. ijdem in fine verb. ſi vero alicuius.

Con-

Contra Comunitates, Collegia, & Capitula, Cap. 3.

PRimum interdictum eſt contra collegium, ſeu alia vniuerſitatem, quæ alienigenis hominibus, et aliis non oriũdis de ipſorum terris domos ſuas locant vel ſub alio titulo concedunt ad fœnus publicè exercendum, vel eis ſemel conceſſas habere ſeu aliàs habitare permittunt in terris ſuis, et non expellunt intra tres menſes.[a] Vide catalog. excom. in c.2.n.9.

a Cap.1.de vſur. in 6.

Secundum interdictum eſt 1. contra Vniuerſitates, Collegia, et Capitula, quæ ab ordinationibus, ſententiis, et mandatis Romani Pontificis ad vniuerſale futurum concilium appellant: 2. contra eos, quorum auxilio, vel fauore appellatum fuit, et reſeruatur Papæ.[a]

a In bulla cœnæ caſ.2.

Tertium interdictum contra Vniuerſitatis repreſalias concedentem contra Perſonas Eccleſiaſticas, ſeu eàrum bona, etiam prætextu cuiuſuis conſuetudinis, vel conceſſas contra laicos, eas extendentem ad perſonas prædictas, niſi intra men-

menſem illas reuocauerit à die conceſſionis, ſeu extenſionis. [a] vide catal. exc. in c.7.n.9.

a Cap. vn de iu. iur. in 6.

Quartum interdictum eſt contra Vniuerſitates præſumentes ex certa ſcientia reſiſtere ſtatutis cira diuiſionem Epiſcopatus Toloſani in tot alias Diœceſes, et reſeruatur Papę. [a] ſed contra Conuentus, capitula, ſeu collegia extat ſuſpenſio :·vide eumdem textum.

a Extr. com. 5. Saluator de præb.

Quintum interdictum eſt contra Vniuerſitatem, Collegium, vel Capitulum, quod contra præſcriptum decreti Io.22 aliqua bona beneficiorum vacantium, quæ conſueuerunt in decimæ ſolutione taxari, vſurpat, ſi his, ad quos pertinent intra menſem ea cum effectu non reſtituunt. [a] vide catalog. ſuſp in cap. 1. num.22.

a Extr. vnic. ne Sede vacante.

Sextum interdictũ eſt 1. contra Vniuerſitatem exigentem, ſeu extorquentem ab Eccleſiis, et Eccleſiaſticis perſonis tallias ſeu collectas, aut quaſcunque exactiones ſine auctoritate Sedis Apoſtolicæ: 2. contra dantem ad id auxiliũ, conſilium, vel fauorem, et reſeruatur Papæ. [a] ex extrau. vnic. de imm. Eccleſ. qua reuocatur cap. 3. Clericis eodem in 6.

a Extr. vnic. de immun. Eccl.

Septi-

Septimum interdictum eſt contra capitulum concedens Sede Epiſcopali vacante infra annum à die vacationis computandum literas dimiſſorias ad ordines, alicui qui beneficii Eccleſiaſtici recepti, ſiue recipiendi occaſione arctatus non fuerit.[a]

a Concil.Trid. ſeſſ.7.c.x.de ref.

Octauum interdictum eſt contra cõuentus, et capitula, quæ præſumunt trahere alios conuentus,capitula,aut quaſuis alias perſonas Eccleſiaſticas, ad forũ laicale pro quibuſuis cauſis etiam occaſione cuiuſcumque ſubmiſſionis etiam iuramento vallatæ, quæ ad forum Eccleſiaſticum, de iure vel conſuetudine pertinent, ſiue id fiat directè,ſiue indirectè,[a] vide catalogum excommunicat. in c. 1. num. 6.

a Extr. 5. ad reprimendas Martini V.

Nono interdictum eſt contra capitula et collegia, quæ fructus, aut diſtributiones quorumcunque beneficiorum vacãtium, vel eorum partem retinent, vel ipſorum ceſſionem,vel renuntiationem, aut dulciaria, vel aliquid aliud quomodocunque petunt, vel exigunt à quouis auctoritate ordinaria, vel Appoſtolica prouiſo de beneficio, cuius prouiſio ad eadem capitula, vel collegia pertinet: vel eundem inducunt ad præſtandum iura-

ra-

ramentum de obſeruandis ſtatutis, priuilegiis, vel conſuetudinibus, vt fructus, &c. primi anni, vel longiori, aut breuiori tempore à die vacationis beneficii integrè, vel partim Menſæ Epiſcopali, ſeu capitulari, aut in comunes vſus applicẽtur, aut inter canonicos, ſeu miniſtros Eccleſiæ diuidantur, vel illi prædicta non facienti poſſeſſionem impediunt, aut remorantur. & reſeruatur Papæ. [a]

Decimum interdictum eſt contra capitula, et conuentus iurantes, vel iurare facientes illicita, impoſſibilia, damnoſa, vel Eccleſiaſticæ libertati, aut decretis Sacri Concilii Tridentini obuiantia tàm integrè, quàm in ſpecie, vel ante, vel poſt admiſſionem alicuius ad beneficia, & reſeruatur Papæ. [a]

Aduerte hic primo locale interdictum generale habere vim, & efficaciam perſonalis reſpectu eius, qui dedit cauſam interdicto, vnde ſi Vniuerſitas dedit cauſam interdicto locali ipſa etiam eſt interdidicta, ſi ob delictum populi tale interdictum latum fuit, et tunc illi tantum de Vniuerſitate cenſentur interdicti perſonaliter, qui dederunt

a Extr. 106. Durum numis Pij Quinti.

a Extr. 103. inter Greg. XIII.

cauſam; ſi vero ob delictum Domini,niſi exprimatur populus non cenſetur interdictus, ſed ſolum Dominus: [a] 2. interdicta communitate cenſentur interdicti omnes etiam non culpabiles, & habitãtes in ſuburbiis præter infantes & amentes, quibus negatur tantum ſepoltura. [b]

a Suar.diſp. 37: ſect.n n. 15. & ſeq.

b Auil. diſp. 1. p.5. dub.4.per totum.

Contra Prouincias, Ciuitates, Eccleſias,& alia loca, Cap. 4.

PRimum interdictum eſt contra Eccleſias, & alia loca quorum capitula & conuentus iurant, vel iurare faciunt illicita, impoſſibilia, damnoſa, & Eccleſiaſticæ libertati, ac decretis Concilii Tridentini obuiantia, & reſeruatur Papæ. [a]

a Extr.103.inter Greg. 13.

Secundum interdictum eſt contra Eccleſias,& alia loca, quibus deputati fuerunt lapides,aliaue ornamenta Eccleſiaſtica ſurrepta à locis ſacris,et tandiu durat donec integre reportentur ad loca vnde ablata fuerunt. [a] vide catal. exc. cap.9.num.15.

a Extr.3.cum prouida Sixti 4.

Tertium interdictum eſt contra Eccle-

cleſias, et cœmiteria, quorum religioſi, vel ſeculares clerici ibi ſepelierunt eos, quos per votum, iuramentum, aut promiſſionem induxerunt ad eligendum ſibi apud eorum Eccleſias ſepolturam, vel ad non mutandam ſemel electam, et durat donec plenariè facta fuerit reſtitutio tam corporũ ſi petantur, quàm emolumentorum omnium, quæ ratione dictę ſepulturæ ad eos peruenerint intra decẽ dies iis, ad quos de iure ſpectant. [a] Vide catal. excom. in cap. 2. num. 2. et cap. 3. num 1.

a cap. de ſepult. in 6.

Quartum interdictum à perpetua ſepoltura eſt cõtra Eccleſiam, vel cœmiterium, in quo ſepultum fuit corpus hæretici, eiuſq; credentis, vel receptantis, [a] etc. Hinc nota non eſſe ſimpliciter locum ſacrum, vbi ſepelitur corpus hæretici, interdictum, ſed tantum priuari perpetua ſepoltura; propter cuius perpetuitatẽ Epiſcopus non poteſt concedere, vt ibi ſaltem de nouo fieri poſſit aliqua alia ſepoltura ad ſepeliendos catholicos. [b]

a c. quicunque deret. in 6.

b Sayr. l. 5. to. 1. c. 12. num. 1.

Quintum interdictum eſt contra quæcunque loca, quorũ officiales, et Domini à die notitiæ conſtit. Pii Quarti non expellunt, et eiiciunt deferentes ad illa

Alumina à partibus infidelium, et reſeruatur Papæ.[a] Vide catal.exc.in cap.9. num.19.

[a] Extra. ex Apoſtolicæ Pii 4.

Sextum interdictum eſt contra quemcunque locum, cuius Domini, officiales, aut magiſtratus, ſeu populus concedunt, vel tacitè, aut expreſsè permittunt in ſuis terris fieri duellum, ſeu dum admittitur in eorum territoriis illud tolerant, et reſeruatur Papæ. [a]

[a] Extr. xi. Illius vices Clem. 8.

Septimum interdictum eſt contra quamuis Ciuitatem (præter vrbem) auxilium, conſilium, aut fauorem dantem inſequentibus hoſtiliter aliquem Sactæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalem, in quem eiuſdem ciuitatis ſenatus conſpirauit, vel intra menſem taliter delinquentes ſi facultas ei affuerit, non punientem, quæ præter dictum interdictum remanet dignitate pontificali priuata.[a]

[a] cap. vlt. fœlicis de pen. in 6.

Hinc nota illam ciuitatem, & omnes alias ciuitates priuari Epiſcopali dignitate, & remanere interdictas, quæ auxilium, conſilium, vel fauorem dederunt, quarum ſenatus in Cardinalem conſpirarunt; Vnde ſi Villa, vel inferior populus ſimile delictum commiſerit, locus ille non remanet interdictus,

quia

quia ſolum latum eſt contra ciuitates, inferiores enim populi, et raro audent per ſe tale crimen aggredi, & facilius poſſunt coerceri aliis modis.[b]

Octauum interdictum eſt contra terram, cuius Dominus, vel rector, quemuis Pontificem corporali iniuria auſus eſt afficere, et durat vſque ad condigniam ſatisfactionem eiuſdem:[a] Vbi nota verba textus, dummodo terra vltra Diœceſim non contineat, per quæ conſtat totam Diœceſim interdici, ſi tota illius eſt, ſi minus, illam ſolum partem, quæ illius fuerit, quia ſolum terra ipſius interdicitur, quod ſi ſub ſuo dominio plures Diœceſes ſunt, illam manere interdictam, cuius Dominus, vel Rector principale domicilium habet, prçter eam vbi delictum fuerit commiſſum, ſi ſua fuerit; et duas alias, quæ ſub ipſo ſint eidem loco viciniores.

b Suar. diſp. 37. ſect. 1. n. 18.

a Cle. 1 de pœni.

Nota etiam hìc interdici eodem modo locum, vel loca, in quo, vel in quibus captus Epiſcopus detinebitur, ſed quia non poteſt captus Epiſcopus detineri in multis locis, ideo ille locus eſt verè interdictus, quandiu ipſius dententio in eo durat, unde

ſucceſſiuè locus quo denuo tranſfertur, denuo interdictus manet, et ceſſat interdictum ex loco, ex quo liberatur; et per locum hic intellige populum illum, in quo Epiſcopus detinetur. [b] Vnde ſi contingunt talem locum eſſe caſtrum, vel Eccleſiam ſine populo illum, vel illam eſſet etiam interdictam, etc.

b Suar. diſp. 17. ſect. 1. num. 19.

Nonum interdictum eſt contra ciuitatem, cuius Communitas ſuum Epiſcopum corporali etiam iniuria affecit, et durat donec ſatisfecerit: Vbi nota differentiam inter hoc interdictum, et proximè declaratum; nam illud fertur propter delictum Domini, ſeu Rectoris, hoc vero propter delictum Communitatis, cuius Poteſtas, Conſiliarii, Balliuus, Aduocati, et cæteri officiales ipſius, et culpabiles ob tale delictum incurrunt excommunicationem, et abſoluendi poſt præmiſſam ſatisfactionem. [a]

a Nad. in clem. 2. de pœn. & Suar. loc. cit. n. 10.

Decimum interdictum, et priuatio pontificalis dignitatis eſt contra ciuitatem, vbi Summus Pontifex mortuus cum ſua Curia reſidebat, cuius Domini, Rectores, et alii officiales ad quos regimen ciuitatis pertinet, in electione futuri Sũmi Pontificis ibi facienda, non obſeruant omnia, quæ in tali electione ſeruari debent,

bent, vel fraudem in eis, vel circa ea committunt.ᵃ

ᵃ c.14. vbi periculum §. præterea de elect. in 6

Vndecimum interdictum eſt contra illas terras, quarum Domini, officiales, collegia, etc. per menſem animo indurato ſubſtinuerunt manifeſtos vſurarios in ſuis terris habitare ad fœnus publicè exercendum, quos ab illis intra tres menſes non expulerunt, et durat quamdiu in eis iidem vſurarii commorantur.ᵃ

ᵃ c.1. de vſur. in 6.

Duodecimum interdictum eſt contra Regna, Terras, et quæuis alia loca, quorum Domini, vel alii omnes cuiuſcunq; præeminentiæ, conditionis aut ſtatus impediunt etiam prætextu cuiuſuis conſuetudinis, quominus Legati, aut Nuntii Apoſtolici liberè ingrediãtur ad loca ad quæ mittuntur, ac commiſſæ ſibi legationis officium exerceant in eiſdem locis talibus ſubiectis, et durat, donec perſiſtunt in eiuſmodi contumacia.ᵃ

ᵃ Extr. vnic. d. conſuet.

Decimum tertium interdictũ eſt contra Ciuitates, Terras, Villas, et alia loca dictioni Imperatoris ſubiecta, quorum populi mortuo Imperatore, recipiunt aliquem in Vicarium, vel officialem Imperii, aut in commiſſarium non habentem licentiam, et conſenſum Sedis Apoſtolicæ, ſiue id officium Vicariatus, etc.

de nouo aſſumat, ſiue retineat admiſſum antea ab Imperatore defuncto, ſiue id reaſſumat; vel ei vt tali obediunt aut præſtant in hoc auxilium, conſilium, vel fauorem & reſeruatur Papæ.[a]

a Extrau. vn. Io. 22. ne ſede vac.

Aduerte hic 1. ea, quæ in fine proximi præcedentis capitis adnotanda duxi, intelligi maxime de hoc interdictorum capite: 2. a Syluestro, & aliis Auctoribus alios ſub interdicto numerari caſus, qui reuera ſub interdictum non cadunt, vt ſi eccleſiæ per effuſionem ſanguinis, aut ſeminis polluantur; 3. ſi per ſimoniam fuerint conſecratæ: 4. ſi per quæſtum cupiditatis ædificatæ; 5. ſi ſine auctoritate Epiſcopi, vel Papæ dedicatæ etc. Vnde qui in his Eccleſiis celebraret, licet grauiter peccaret, non tamen violaret cenſuram, nec irregularitatem incurreret, ideoque conſulto ſimiles prætermitto, quia ad interdicti cenſuram minime faciunt.[a]

a Suar. loc. cit. n. 17. & ſeqq.

AN-

ANNOTATIONES in irregularitates.

IRregularitas eſt quædam inhabilitas ex facto, vel defectu proueniens, a iure canonico introducta, directe impediens quantum ex ſe eſt ſuſceptionem ordinum, & indirecte vſum ſuſceptorum vt patet ex Doct.[a]

[a] in c. ſignificaſti el 1. de homic.

Hinc nota 1. irregularitatem non impedire ſuſceptionem, & vſum aliorum Sacramentorum, ſed tantum ſuſceptionem & vſum ordinum, quatenus ordines ſunt, quorum actus nequeunt exerceri niſi a clericis, vt clerici ſunt; quia eorum ſolemniter actus non cadunt niſi in clericos.

Nota 2. irregularitatem oriri ex duobus fontibus 1. ex facto culpabili, vt ex illicito homicidio etc. vel inculpabili, vt ex homicidio licito etc. 2. ex defectu natalium, vt ſunt illegitimi; originis, vt ſerui: liberationis, vt curiales, publicis ratiociniis obligati, & aere alieno grauati: ætatis, vt infantes etc. honeſtæ famæ vt infames facti, vel iuris: corporis, vt morbo, vel deformitate impediti, etc.

ani-

animæ, vt amentes, arreptitii, neophiti, illiterati, et ſimiles: ſacramenti vt bigami: et vtraq; irregularitas tam ex facto, quam ex defectu eſt inducta iure canonico, ſeu pontificio, et ex aliis conciliis approbatis ſub nomine proprio, vel æquipollenti, quæ dicit impotentiam ordines ſuſcipiendi, eiſue vtendi. Fœminæ vero, non baptizat, etc. quia ſunt omnino incapaces ordinum non comprehenduntur inter ſupradictos. b

b Cou. & alij in clem. ſi furioſus de homic.

Nota 3. ad inrregularitatem, quæ imponitur vt pœna, requiri neceſſario culpam, eamque mortalem opere extremo completo: et hæc habet locum etiam in caſibus occultis, in quibus à iure nō imponitur conditio enormitatis, aut notorietatis. c Dubius de irregularitate, ſi dubium ſit de iure non debet ſe irregularē putare, nec à iudice certo puniri, quia non incurritur irregularitas, niſi ſit expreſſa in iure. Si vero dubium ſit de facto, et in iure ſit expreſſa irregularitas, ſi de his rebus ſit, quæ ſalutem animæ concernunt immediatè, puta celebrare, ordines ſuſcipere, etc. talis propter errandi periculum contra animę ſalutem, ſe irregularem reputare debet; ſi vero dubium ſit de his rebus extra animæ ſalutem,

c Auil. p. 7. diſp. 2. dub. 2. & 3.

Digitized by Google

lutem, ſed quid temporale tantum concernens, et ad forum contentioſum ſpectans, vt eſt iam obtenti beneficii priuatio, non debet certo ſe irregularem putare, nec à Iudice puniri poteſt, quia naturali ęquitati repugnat, vt ob delictum incertum, alicui certa, et tam grauis pœna imponatur. d

d Tol. lib. 1. c. 51

Nota 4. ab irregularitate excuſari eũ, qui exercet actum iure Eccleſiaſtico prohibitum, cui inpuram pœnam eſt annexa irregularitas ſi id inuincibiliter ignoret, quãuis certo ſciat iure naturæ eſſe prohibitum illum actum. Atque adeo qui ſcit ſe agere cõtra legem Eccleſiaſticam, ignorat tamen probabiliter eius pœnam excuſatur ab irregularitate, quia ad eam incurrendam requiritur, vt aliquid proſumptuosè, et ſcienter fiat, quod propriè non cadit in eos, qui ignorant ſe facere id quod tam grauiter, et cum tanta pœna prohibitum eſt. e

e Coink diſp. 18. dub. 4.

Hæc pauca adnotaſſe neceſſaria ſatis eſſe duxi, cætera qui cupit, conſulat Auctores: nunc ad particulares caſus deuenio.

Ca-

CATALOGVS irregularitatum.

CONTRA PRAELATOS.

CAP. I.

PRima irregularitas eſt contra quemcunqne Prælatum etiam Cardinalē, qui cum non ſit Sacerdos, aliquem ſine licentia Epiſcopi, vel Parochi ſolemniter ea ſcilicet ſolemnitate, qua communiter eccleſia vtitur, baptizat etiam in extrema neceſſitate, et reſeruatur Papæ. Hinc nota Prælatum Sacerdotem ſine licentia baptizantem ſolemniter, non incurrere irregularitatem, quamuis peccet mortaliter, ita baptizans quia licet nemini prohibetur in extrema neceſſitate baptizare, prohibetur tamen omnibus etiam in ſacris ſolemnitas illa eccleſiaſtica ſine d. licentia ſub irregularitate.[a]

a Auil. p. 7. diſput. 9 ſect. 2. dub. 14.

Secunda irregularitas eſt contra Prælatum, et quemcunque alium, qui verè, & ex animo, aliquem ſecundò baptizat, quem certo ſcit eſſe baptizatum, & reſeruatur Papæ[a] ſi factum eſt publicum,

a Nau. cap. 27. num. 246.

ſin

ſin autem fuerit occultum reſeruatur Epiſcopo. [b] Vnde qui ſine intentione baptizandi aliquem baptizat, quem ſcit eſſe baptizatum, non fit irregularis, quia in hoc, & in omnibus aliis Sacramentis neceſſario requiritur intentio miniſtri, ex Auil.loc.cit.: b Suar.to.5.diſput.31.ſect.6. dub.3.

Tertia irregularitas eſt contra Epiſcopum, qui conſecratus per ſaltum prætermiſſo Diaconatu, vel alio ordine inferiori, confert alicui illum ordinem, quem non habet, ſecus ſi confert ordinem, quem habet, niſi fuerit per ſaltum conſecratus prætermiſſo ordine Sacerdotali, quia tunc conferens quemcunq; ordinem, quem habet, vel quem non habet, vel quemuis pontificalis ordinis actum exercens, fit irregularis; illa enim conſecratio fuit nulla, et nullum induxit effectum ex D. Thom. in 4. d. 25 q.1. a c diſp.7. dub.3. & 4.

a Suar.diſp.42. ſect.4.nu.9.

Quarta irregularitas eſt contra Epiſcopum, vel alium eccleſiaſticum excommunicatum, ſuſpenſum, vel interdictum, qui facit coram ſe celebrare præſtans auctoritatẽ celebrationi; ſecus ſi ſimpliciter audit Miſſam non præſtans auctoritatem: Vbi nota non ligatum aliqua cenſura non manere irregularem, etiamſi

facit

faciat aliquem excommunicatum, ſuſpẽſum, vel interdictum coram ſe celebrare, præſtans auctoritatem celebrationi; quod eſt contra Nau. et Cou.[a]

Quinta irregularitas eſt contra Epiſcopum ſuſpenſum ab officio pontificali, exercentem aliquem actum per ſe ſpectantem ad officium Epiſcopale reſpectu conſecrationis Epiſcopalis, ſiue cum Miſſa ordinariè conſecrando, ſiue ſine Miſſa chriſmate in fronte ſignando;[a] ſecus ſi ſic ſuſpenſus exerceat actum ſacerdotalem celebrando cum veſtibus pontificalibus, quia tales veſtes non pertinẽt ad ſubſtantias alicuius ordinis eccleſiaſtici.[b]

Sexta irregularitas eſt contra quemuis Prælatum ſuſpẽſum, ſeu interdictum ab ingreſſu Eccleſiæ, exercentem intra eam actum aliquem ſacri ordinis, aut muneris pontificalis, quia cui eſt interdictus ingreſſus Eccleſiæ, eſt etiam interdicta in ea quælibet diuinorum celebratio excom. is cui decent exc. in 6.[a]

Septima irregularitas eſt contra Epiſcopum abſolute ſuſpenſum ab officio ſine vlla modificatione exercentem actũ pertinentem ad officium clericale, vel pontificale, ſiue ſit actus ordinis ſiue iuriſdi-

a Auil. p. 2. diſp. 9. ſect. 2. dub. 6.

a Syl. interd. 4. num. 4. §. 3.

b Cou. in cap. ſi furioſus p. 1. §. 1. verſ. ſecundũ.

a Sbar. diſp. 33. ſect. 3. n. 1. & ſequent.

riſdictionis, ex Auil. 3. p. [a]

[a] diſp.2. dub.1. conc.5.§.ex his.

Octaua irregularitas eſt cõtra Epiſcopum, et quemcunque alium Prælatum, qui tempore generalis interdicti à iure, vel ab homine, vel etiam ab ipſomet Epiſcopo lati confert ibi aliquem ordinẽ etiam primam tonſuram, imo etiam cũ moderamine cap. Alm. Mater. à qua excuſatur ſi neceſſitas Miniſtrorum id exigere videatur, et non ſit alius locus non interdictus, vbi commodè ordines conferri poſſint; [a] niſi ipſe Prælatus fuerit perſonaliter interdictus, quia tunc vbicunque etiam extra locum interdictum conferat ordines, fit irregularis. [b]

[a] Auil.p.5.diſp. 4.ſect.1. dub. 8.

[b] Nau.c.27.nu. 179. in fine.

Nona irregularitas eſt contra Epiſcopum, et quemlibet alium Prælatum, qui prætextu iniuſtæ excommunicationis Imperatorem, vel Principem adierit, et reſeruatur Papæ, ex c.ſi quis Epiſcopus in concilio 21. q. 5. vbi Auila dicit circa irregularitatem nunc attendendam eſſe conſuetudinem. [a]

[a] Auil.p.7.diſp. 9.ſect. 1. dub.1. concl. 3.

Decima irregularitas eſt contra Epiſcopos, et Superiores, qui diuinis damnabiliter ſe ingerunt, poſt præſtitum cõſenſum, vel interpoſitum decretum alienationi bonorum Eccleſiæ à Sede Apoſtolica ſibi commiſſæ per gratiam, vel timorem,

morem, aut ſordes in grauamen, & detrimentum illius, & reſeruatur Papæ.[a] vide catal. exc. in c. 6.n. 2.& catal. ſuſp. in cap. 1.nu. 13.

Vndecima irregularitas eſt contra Epiſcopos, & quoſcunque alios ſuperiores.vel inferiores violãtes aliquã cẽſurã ſolẽniter exercendo aliquẽ actũ ſacri ordinis, ea ſcilicet ſolemnitate.quæ ſecundum ius, et conſuetudinem Eccleſiæ non poteſt exerceri, niſi ab habente talem ordinem. Vbi nota 1. ligatos aliqua cẽſura exercentes actum etiam ſine tali ſolemnitate, qui ſecundum ſubſtantiam fieri nequeat à non ordinatis incurrere irregularitatem.[a] ſecus autem ſi exercẽt actum ordinum minorum, qui cum omni ſolemnitate fieri poteſt à laicis. Nota 2. exercentes actum ſibi prohibitum ſub pœna excommunicationis prima vice incurrere excommunicationem, & non irregularitatem, quia non violant cenſuram per actum ordinis, cum hunc prius natura ponat, quàm illam contrahat.[b]

Duodecima irregularitas eſt contra Epiſcopos, et quoſcunque alios iuſtè, vel iniuſtè voluntariè concurrentes ad deformationem alicuius in particulari, et pra-

a Extr. 2.cum in omnibus.Pauli 2.

a Auil.p.7.diſp. 5.ſect.2. dub.2.

b Coink de cẽſ. diſp. 18. dub.6. conc. l. 2.

practicè dicto, conſilio, opere, etc. directè, vel indirectè ſequuto illius deformationis effectu: quiá nullus conatus deformandi per ſe, vel per alium adhibitus ſufficit ad inducendam irregularitatem, niſi mors, vel mutilatio de facto ſequatur. a

a patet in toto tit. de hom. & ibi Doct.

Aduerte hìc 1 Epiſcopum, eiuſq; Superiorē (Papa excepto) vel alium quemcunque Prelatum comprehendi in irregularitate in iure generaliter lata, ſicut in excommunicatione, quamuis de eis non fiat expreſſa mentio, quemadmodū requiritur in cenſura ſuſpenſionis, et interdicti generaliter lata. a vt dictum eſt ſupra: Vnde in quauis irregularitate generaliter lata contra homicidas, Simoniacos, hæreticos, Schiſmaticos, Apoſtatas, à fide eorumque fautores, formaliter receptatores, etc. contra clericos excommunicatos, vel ſuſpenſos miniſtrantes, et ſim. includuntur ſemper Epiſcopi. Hinc collige 1. Epiſcopum, cui ſub cenſura prohibetur, ne irregularem ordinet, non incurrere irregularitatem ordinando fœminam, uel alium incapacem talis characteris; quia non eſt vera ordinatio, etc.

a cap. 1. verſ. caueant de ſent. exc. in 6.

Secundo nec in eo caſu incurrere cen-

Digitized by Google

ſuram aliquem ordinando ſolo diuino iure, aut naturali indignum ordinatione ſi impedimentum non ſit canonicum, et ſub aliqua ſpecie irregularitatis comprehenſum.

b Suar. diſp.40. ſect.7.n.6.& ſeq.

Aduerte 2. Papam cum omni irregularem poſſe diſpenſare etiam cum bigamo, ſi adſit ſcandalum graue, vel indecentia, vt cum leproſis, vel omnino illiteratis, quia tunc nullo modo expedit, licet cum eis etiam poſſit, vt licitè tamen fiat diſpenſatio, omnino requiritur cauſa aliqua. Sed Epiſcopus poteſt in omni irregularitate prouenicnte ex crimine occulto etiam mutilatioue voluntaria, et homicidio caſuali ad ſui defenſionem, et ſim. et cum illegitimo ad minores ordines, et beneficium ſimplex.[c] excipe irregularitatem prouenientem ex homicidio voluntario, et ex aliis criminibus deductis ad forum contentioſum.[b]

c Coin.loc.cit. dub.14.

d Conc.Tri.ſeſſ. 24.c.5. de ref.

CON-

CONTRA CLERICOS.

Cap. 2.

PRima irregularitas à ſuſcipiendis ordinibus eſt contra clericum voluntariè ſecundum baptizantem aut publicè rebaptizanti miniſtrantem, et reſeruatur Papæ: Si vero occultè miniſtrat rebaptizanti, aut religionem ingrediatur reſeruatur Epiſcopo vt ex cap. ex literarū aſſerit Coink; in quo capite quāuis irregularis fiat Acolytus, non tamen miniſtrans fit vt Acolytus, ſed vt cooperans rei nefandæ ſcilicet rebaptizationi, quia ipſe aliquo modo aliquem rebaptizat; Ideoque talis irregularitas extenditur 1. quemcunque ſic miniſtrantem: 2. ad rebaptizantem metu coactum, modo habeat intentionem rebaptizandi; ſecus ſi eam non habet, vel baptizat cum conditione etiam eum, quem ſcit eſſe baptizatum; quia non habet animum vere rebaptizandi, ſed potius negandi, vel ſimulandi baptiſmum.[a]

[a] Coin. de irreg. diſp. 18. dub. 5. nu. 38.

Secunda irregularitas eſt contra Diaconum, vel alium non ſacerdotem, qui

aliquem ſolemniter baptizat etiam in extrema neceſſitate ſine Epiſcopi, vel proprii presbyteri licentia, ſecus ſi non ſolemniter baptizat etiam ſine tali licentia, reſeruatur Papæ. [a]

a Auil.p.7.diſp. 9.ſect.2.dub.14

Tertia irregularitas eſt contra Clericum, ſine diſpenſatione canonica, aut legitima licentia, miniſtrantem in ſacro ordine ſuſcepto ante legitimam ætatem vel extra tempora, aut abſque dimiſſoriis literis.

a extrau.cum ex ſacror.Pij 2.

Quarta irregularitas eſt contra clericum in ſacro ordine miniſtrantem ſuſcepto ab alieno Epiſcopo, etiam cuiuſuis generalis, aut ſpecialis reſcripti, vel priuilegii prætextu, ſine teſtimonio proprii ordinarii, quo eius probitas, et mores commendentur; vt habetur ex declaratione Congr.Card.[a]

a in Trid. ſeſſ. 23.c.8.

Quinta irregularitas eſt contra clericum, miniſtrantem in ſacro ordine ſuſcepto, aliquo indebito modo ex his. 1. ſine, vel ementito titulo variis artibus, et fallaciis, vnde ordinator probabiliter credere debuit. [a] 2. ab alieno Epiſcopo ſine dimiſſoriis literis, niſi per triennium ei inſeruiuit, et hic de facto beneficium illi conferat. [b] 3. non ſeruatis interſtitiis ſine diſpenſatione: 4. ab Epiſcopo,

a Pariſ.'de reſ. ben.l.2.q.6.

b Trid.ſeſſ.23. c.8.&9.de reſ.

qui

qui epiſcopatui abſolute renuntiauit: 5. ab epiſcopo hæretico, ſchiſmatico, excommunicato, ſuſpenſo, interdicto, non toleratis, vel a ſimoniaco per ſententiam declarato, a depoſito, degradato, & ſim.[c] 6. ſi ſuſcipit ordines, vel in eis miniſtrat cenſura aliqua ligatus: 7. ſuſcipiens ſacrum ordinem furtiue, qui ſe ingeſſit cū ordinandis perſuadendo ſe aliū eſſe, quā ſit, aut dum vocatur ad examen, curat alium ſuo nomine examinari, et poſtea vocatus, ad ordines accedit pro eo, qui eſt examinatus, & approbatus, aut alia quacunq; ratione efficit, vt epiſcopus cū ex errore perſonæ pro alio ordinet, & niſi religioſus fiat, reſeruatur Papæ.[a]

c Auil. p. 7. diſput. 9. ſect. 2.

Sexta irregular. a ſuſcipiendis ordinibus eſt contra Clericum ſeriò miniſtrantem in ordine quem non habet cum ſolemnitate, et modo, quo non poteſt a laicis exerceri, vt ſi ſolemniter cantet euangelium cum ſtola, carens Diaconatu, & ſim. Manet tamen ſuſpenſus per bienniū, vel triennium iuxta arbitrium epiſcopi ab inferiori ordine legitime ſuſcepto, in quo ſi interim miniſtret fit etiam irregular.[a]

a Suar. diſp. 42 ſect. 3. nu. 1. & ſeqq.

Septima irreg. eſt contra clericum miniſtrantem in ordine per ſaltum ſuſcepto

a Suar. loc. cit. ſect. 1. nu. 4. & Coink loc. cit.

antequam abſoluatur a ſuſpenſione ab epiſcopo, et reſeruatur Papæ, [a] quamuis ordo ſic ſuſceptus non eſt iterandus quia præpoſteratio facti, non vitiat factum, ſi quidem ordo in collatione ſiue receptione ordinum eſt tantum de neceſſitate præcepti, et non ſacramenti.[b]

a Auil. p. 7. diſp. 9. ſect. 1. du. 2.

b S. Tho. in 4. q. 23. ar. 2.

Octaua irreg. eſt contra clericum ſuſcipientem vno eodemq. die quatuor ordines minores, et ſubdiaconatũ vbi contraria conſuetudo nõ eſt, vel duos ſacros ordines, et reſeruatur Papæ ad ſuperiores ordines ſuſcipiendos, & quoad vſum prius ſusceptorũ reſeruatur Epiſcopo.[a]

a Nau. c. 27. nu. 241.

Nona irreg. eſt contra ſubdiaconum miniſtrantem in ordine ſacerdotali quẽ non habet et contra Diaconum vſurpantem pontificalia, et reſeruatur Papæ ad ſuſcipiendos ſuperiores, manent tamen eodem modo ſuſpenſi a ſuſceptis per biennium, aut triennium iuxta arbitrium epiſcopi, qui ſi interim miniſtrent, incurrunt eandem irregularitatem reſeruatam Papæ.[a]

a Suar. diſp. 42. ſect. 4. num. 8.

Decima irreg. eſt contra Clericum miniſtrantẽ in officio ſacerdotali ẽt per examen approbatum abſoluẽdo, ſeu adiẽdo, confeſſiones ſacramẽtales, ſuper cuius capite, qñ ad ſacerdotiũ fuit promotus manuum

nuũ impoſitio,per quã datur abſoluendi poteſtas,fuit omiſſo,quia miniſtrat in ordine quẽ nõ habet ex Maiol.idẽ Suarez.[a] a loc.cit.nu.13.

Vndecima irreg. eſt contra ſacerdotẽ excõicatum,qui celebrat vel auctoritate ſua in cauſa eſt,vt corã ſe alius celebret, quia ſolus ſacerdos ſic excõicatus celebrans fit irreg.ergo ẽt ſolus ſacerdos faciens coram ſe celebrare,illam incurrit.[a] a Suar.diſp. 12. ſect.1.n. 4. & 8.

Duodecima irreg.eſt contra clericum excommunicatum maiori excommunicatione vel ſuſpenſum ab ordine,aut perſonaliter interdictum tam toleratum , quã non,miniſtrãtẽ ſolẽniter in aliquo ſacro ordine,niſi id ille faciat ad euitandũ ſcãdalũ,et grauem infamiã ex manifeſtatione delicti, vel probabiliter ignoret ſe eſſe cenſura ligatũ,aut ẽt ignoret id iure prohiberi ligato cenſura,et reſeru.Pap.[a] a Auil. p.7.diſp. 9. ſect.2. dub. 1.

Decimatertia irreg.eſt cõtra ſacerdotẽ prohibitũ per cenſurã Miſſã celebrare, qui ſine illa, conficit corpus domini,[a] vel celebrat ẽt nulla cẽſura prohibitus ſine intẽtione cõſecrandi,aut abſoluendi, aut ſine ſacerdotio audit ſacramentales cõfeſſiones,licet non abſoluat idemq.iudica de aliis ſacramẽtis præter matrimonium, in quo ſufficit præſentia Parochi.[a] a Suar. diſp.44. ſect.5.nu.8. b Auil.p.7.diſp. 6. ſect.2. dub.2. §. ſed eſt maxime.

Decimaqurta irreg. contra clericum

ſacris initiatum, vxorem etiam Virginē de facto ducentem, cum quo epiſcopus poteſt diſpenſare, ſi ſponte redierit ad pœnitentiam, et laudabiliter vixerit, ſin autem coactus, & compulſus a ſacrilegis nuptiis deſtiterit, etiam epiſcopus ſi religionem ingreditur, aliaſq; ſolus Papa. Simili modo ſacris initiatos irregularitatem contrahit, qui ſecundam, vel viduam vxorem duxit quantumuis inualide, ex c. nuper, et c. vlt. de bigam.[a]

[a] Coin. de irreg. diſp. 18, dub. 11.

Decimaquinta irreg. eſt contra clericos familiares viſitatoris, & contra ipſummet viſitatorem, qui celebrant non reſtituto prius intra menſem duplo eius, quod inter viſitandum contra conſtitutionem cap. romana de cenſ. in 6. acceperunt, & durat donec illud reſtituant ex gloſ. verb. interdictum vide catal. ſuſp. cap. 4. num. 13.

a cap. exegit de cenſ. in 6.

Decimaſexta irregul. eſt contra clericum exemptum a iuriſdictione epiſcopi, qui etiam nulla ligatus cenſura, celebrat Miſſam, vel alia diuina officia coram interdictis denuntiatis, vel admittit publicè excommunicatos ad diuina officia, aut ſacramenta, vel ad eccleſiaſticam ſepulturam. Hinc nota non exemptum in his peccantem non incurrere irreg. ex

Na-

Nauarr. cap. 25. num. 93. & num. 94.[a]

a Auil. p. 7. diſput. 9. ſect. 2. dub. 7.

Decimaſeptima irreg. eſt contra ſacerdotem ſuſpenſum ob celebrationem diuinorum officiorum coram excommunicato denuntiato, qui miniſtrat durante tali ſuſpenſione ex Nicol. Plou. de irreg. reg. 40. num. 25.[a]

a Fuſc. de viſ. l. 1. c. 29. n. 5.

Decimaoctaua irreg. eſt contra clericum violantem interdictum locale aut perſonale per actum ordinis tam celebrando, quam recipiendo ſacrum ordinem, ſi in ipſa ordinis ſuſceptione ſolemniter cantet epiſtolam, vel euangelium, alias ſecus; quia ratione ſuſpenſionis priuatur tantum vſu, non receptione ordinis, niſi ſit perſonaliter interdictus, quia æqualiter tunc, & vſu, & receptione priuatur.[a]

a Auil. p. 7. diſp. 9. ſect. 1. dub. 6. & ſect. 2. dub. 8. & 10.

Decimanona irregul. ab omni ſpe ſuſcipiendi ſuperiores ordines, eſt contra clericum hæreticum publicum, vel occultum, qui ab hæreſi reuertitur ad eccleſiã per illius deteſtationem, veramq; pœnitentiam, et abſolutionem et reſeruatur Papę in ſuſceptis vero poſſunt cum eo inquiſitores diſpenſare per bullam Clem. 8. idemq. dicendum de Apoſtatis, ſchiſmaticis, fautoribus, etc. hæreticorum.[a]

a Suar. diſp. 43. ſect. 1. & 2.

Vigeſima irreg. eſt contra clericum qui

qui ſimoniam committit in ordine, ſi eſt publica ſtatim inducit irreg. ſin vero occulta non ſtatim ſed poſtquam celebrauerit; ſed ſimonia in beneficio etiam publica non inducit irregularitatem, quia hæc non eſt in iure expreſſa;[a]

[a] Auil.p.7.diſp.4.dub.7. cõcl.6.

Vigeſimaprima irreg.eſt contra clericum, qui notorio crimine, enormi, & depoſitione digno notatur, & reſeruatur Papæ; Nota hic 1. ad incurrendam hanc irreg. hoc notorium debere eſſe per propriam confeſſionem in iudicio, vel per ſententiam in rē iudicatā tranſactā, vel per talem criminis manifeſtationem, vt nulla tergiuerſatione celari poſſit.[a] Nota 2. quamcunq; enormitatem ad irregularitatem non ſufficere ſine notorietate: 3. nulla crimina occulta etiam digna depoſitione eam inducere, præter homicidiū, & hæreſim; [b] 4. enormia crimina in clerico depoſitione digna, eſſe adulterium, periurium ſtuprum, ſacrilegium, concubinatu, falſum teſtimonium in iudicio, ſimoniam in ordine, ſodomiam continuatam, & ſim.[c]

[a] Nau.c.25.n.7.

[b] Nau.c.27.nu.848.

[c] Auil.loc.cit.

Vigeſimaſecunda irreg.eſt cõtra clericum, qui voluntariè aliquem occidit, aut mutilat membrum principale, vt manū, pedem, aurem, & ſim. vel ita, illud debilitat,

litat, vt plane moriatur, & abſcindi debeat: Idem dicendum eſt de iis qui mandando conſulendo, incitando, animando occiſorem, aut ſimili ratione ſunt cauſa homicidii, aut mutilationis vel abortus poſt animationem fœtus, a de quibus dicemus infra in capitulo ſexto contra omnes.

a Conink de irr. diſp. 18. dub. 8.

Vigeſimatertia irregularitas eſt contra clericum, qui pro ſua ſuorumque defenſione aliquem occidit, aut mutilat etiam cum moderamine ſi omnino credit ſe periculum euadere poſſe fugiendo, & non fugit, etiam cum ſuo dedecore; quia talis fuga non eſt clerico ignominioſa, maxime ſi per adulterium, aliamue grauem iniuriam alteri cauſam dedit ſe inuadendi, tunc enim tenetur fugam arripere, ſi ſine notabili vitæ periculo poſſit, quia ſibi imputare debet, quod fugiendo aliquam ſubeat ignominiam cui ſuo ſcelere iuſtam occaſionem dedit. a

a Coin. loc. cit. dub. 9. in fin.

Vigeſima quarta irreg. eſt contra clericum, 1. qui temporalem iuriſdictionem habens directe influit efficaciter in mortem Rei aſſiſtendo latroni capitalis ſententiæ præbens auctoritatem ſuo Prætori. 2. qui ſua auctoritate, conſilio præ-

cepto,

cepto, aut defenſione eſt cauſa propinqua alicuius deformationis ſequuto effectu, 3. qui indirecte eſt cauſa talis deformationis vt ſi ſine proteſtatione ſe iudicium ſanguinis non intendere, eum accuſat, a quo iniuriam paſſus eſt, aut in perſona, & bonis propriis, aut eorum, qui ſibi commiſſi ſunt, aut ita propinqui, vt eorum iniuriam ad ipſum pertinere cenſeatur; ſecus ſi huiuſmodi proteſtationem faciat, et ut ablata recuperet, aut iniuriam imminentem auertat, vel ſe ſuosq; in poſterum tutos præſtet. b Hinc nota talem accuſationem ciuiliter tantum in propria cauſa fieri poſſe præmiſſa proteſtatione, pro recuperatione damni illati, & cautione in futurum etc. in aliena vero cauſa ad euitandum imminens futurum alicuius innocentis periculum poteſt ex charitate fieri denuntiatio cū expreſſa proteſtatione id ab eo fieri ad cautelam, et defenſionem proximi non ad vindictam ſanguinis. c

b Doct. in c. 2. de homic. in 6.

c Suar. diſp. 47. ſect. 2. nu. 10. & ſeqq.

Vigeſimaquinta irreg. eſt cōtra clericū teſtimonium ferentem in cauſa criminali contra Reum etiamſi fuerit ad hoc coactus ſequuto effectu, quia ad tale teſtimonium cogi non poteſt: ſed pro reo ad probandum eius innocentiam bene poteſt

cum

cum licentia epiſcopi . a

a Auil.p.7.diſp. 5.ſect.2.dub.13.

Vigeſimaſexta irreg.eſt contra ſacerdotem, qui in ſanguinis ſententia teſtis eſt, in qua dicitur lecta lata coram tali, presbytero, quia videtur cooperari in eiuſmodi ſententia, ad cuius validitatem eſt neceſſarius iſte actus: poſt ſequutum effectum, vt habetur in praxi Archiepiſc. Montis Marani. a

a in annot. c. 42.nu.12.

Vigeſimaſeptima irreg.eſt contra clericum ſacris initiatum, aut beneficiarium qui chirurgiam exercet per inciſionem, aut aduſtionem morte ſequuta, etiam ad hibita omni diligentia, vel membrum alicui propter ſanitatem abſcidit, etiamſi ſit peritus in arte, quia id, eſt illi prohibitum, niſi fiat pietatis cauſa, et non propter quæſtum, præſertim ſi neceſſitate vrgente alius non reperitur, vel ad hoc dat conſilium aut fauorem ſi eſt in arte peritus, et neceſſitas vrget.[a]

a Auil.p.7.diſp. 6.ſect. 1. dub.2. & 10.

Vigeſimaoctaua irreg.eſt contra Clericos primo qui in bello iniuſto ſunt militum Duces, ſequutis in alterutra parte homicidiis aut mutilationibus, etiamſi propriis manibus ſanguinem nonfundãt, quia ſua auctoritate dant auxilium, et operam tali bello, 2. qui in dicto bello ſunt milites, et inuicem adhortantur, pu-

gnant,

gnant, aut animant, ſequuta ſanguinis effuſione, & reſeruatur Papæ. ſecus ſi ad pugnandum, occidendum in bello iuſto adhortantur in genere, niſi excitent ad occidendum aliquem in particulari, vel in eo pugnant et aliquem occidunt, aut mutilant quia tunc ſequuto effectu fiunt irregularis. Nota hic clericis licere occidere abſq; ſcrupulo irregularitatis in bello more defenſiuo ad Patriæ aut Reipublicæ defenſionem, quia hic eſt vere defenſio Innocentis.

a Suar. diſp.47. ſect.5.nu.5.&6.

b Coin. de irreg. c.18.dub.x.n.97

Vigeſimanona irreg. eſt contra Clericos Miniſtros infirmorum qui ex negligentia aut imperitia ex aliqua eorum actione ſequitur mors infirmi. a

a Nau. c.27.n. 218.

Trigeſima irreg. eſt contra clericos infames infamia iuris, aut facti, et contra hæreticos et ſim. dicemus intra in c.6.

Aduerte hic clericos irregulares illicite facere ea omnia, quæ requirunt tam vſum alicuius ordinis quam iuriſdictionis includentis dictum ordinis vſum quæ fit per ſacramentalem abſolutionem, & realem degradationem, &c.

CON-

CONTRA RELIGIOSOS. Cap.3.

PRima irregularitas eſt contra Religioſos, qui nondũ abſoluti a ſuſpen ſione miniſtrant in ſacro ordine ſuſcepto ante emiſſam profeſſionem ſine, vel ſub ficto titulo beneficii, pẽſionis, aut patrimonii, & reſeruatur Papæ.[a] ex his excipe Religioſos ſocietatis Ieſu per bullam ex ſedis Apoſtolicæ Greg. 13. vide catal. ſuſp. in c.2. num.8.

a Extr.74. Rom. Pont. Pij V.

Secunda irreg. eſt contra Religioſos è clauſtro exeuntes ad audiendas leges, vel phyſicam, ſeu medicinam niſi intra duos menſes ad clauſtrum redeant & reſeruatur Papæ.[a]

a Avil. p.7. diſp. ſect. 1. dub. 1. concl.1.

Tertia irreg. eſt contra religioſum ordines ſuſcipientem in excommunicatione maiori, et reſeruatur ſuo Prælato: viſi ordines ſic excommunicatus ſuſcepit ante ingreſſum religionis, in quam poſt illius ingreſſum laudabiliter in ea poſt aliquod tempus vixerit, poteſt cum eo epiſcopus diſpenſare, alias reſeruatur Papæ.[a] idem dic de religioſo perſonaliter interdicto ordines ſuſcipiente.[b]

a Syl. ver. irreg. q.2 n.4.
b Nau. c.27. n. 241.

Quarta irregul. eſt contra religioſum, qui

qui ſuſcipit quatuor minores ordines & ſubdiaconatum vbi conſuetudo contraria non eſt, vel duos ſacros ordines vno eodemq. die naturali vel fictione canonica per continuationem ieiunii, et reſeruatur Papæ in ſic ſuſceptis, ſed in ſuſcipiendis et in legitime prius ſuſceptis à ſuo Prælato.[a]

[a] Nau.c.27.nũ. 91.& Auil.par. 7.diſp.9.ſect.1. dub.4.

Nota hic ad incurrendam hanc irregularitatem, conſuetudinem huiuſmodi non habere locum in ſuſcipiente duos ſacros ordines vno die; ſed ſolum minores cum ſubdiaconatu.

Hanc item irregularitatem contrahit religioſus ſcienter miniſtrans, aliquem publicè rebaptizanti.[b]

[b] Syl.loc.cit.q. 4.num.6.

Quinta irreg. eſt contra religioſum ſuſcipientem ſacrum ordinem contra prohibitionem ordinantis, vt ſub pœna excommunicationis nemo accedat ab eo non probatus.[a] vide ſupra in cap. 2.

[a] Nau.c.25.nu. 70.§.6.

Sexta irreg.eſt contra religioſum celebrantem in ordine ſacerdotali ſuſcepto legitimam ante ætatem etiam ea ſuperueniente ſi non fuerit prius ab epiſcopo abſolutus a ſuſpenſione,et reſeruatur Papæ.[a]

[a] Auil.p.3. diſput.55. dub. 2. not.10.

Septima irreg.eſt contra relig. qui ſine diſpenſatione canonica, aut legitima licen-

licentia miniſtrat in ſacro ordine ſcienter ſuſcepto extra tēpora, vel ante legitimā ætatem, aut ſine dimiſſoriis literis, vt habetur præter extrau. Pii 2. in reg. Cāc. reg. 23. & in extr. ſanctū, et ſalutare Sixti v. contra male promotos. Hic tamen religioſus ſacerdotio initiatus ante legitimā ætatē, poteſt ſine metu irregularitatis intereſſe in omnibus actibus conuentus ad Sacerdotes pertinentibus, et in electione habere actiuam, et paſſiuam vocem, quāuis peccet, honoris actus exercēdo. [b]

a Extrau. cum ex ſacror. Pij 5.

b Nau. conſ. 9. de cler. excommin.

Octaua irreg. eſt contra relig. qui miniſtrat in ordine ſacro 1. per ſaltum ſuſcepto: 2. ab epiſcopo qui epiſcopatui abſolute renuntiauit: 3. ab epiſcopo hæretico, ſchiſmatico, excommunicato, ſuſpenſo, vel interdicto non toleratis, vel ſimoniaco per ſententiam declarato, et reſeruatur Papæ. [a]

a Auil. p. 7. diſ. 9. ſect. 2. dub. 6. in fin.

Nona irreg. eſt contra relig. qui violat aliquam cenſuram actum ſacri ordinis ſolemniter exercendo, et reſeruatur Papę. [a]

a Coink loc. citat. dub. 6.

Decima irregularitas eſt contra relig. qui propter quæſtum exercet chirurgiam per inciſionem, vel per aduſtionem; immo etiam ſi eſſet peritus in arte et illam exerceat pietatis cauſa, quia

S id

id eſt illi prohibitum, & reſeruatur Papæ. [a]

a Syl. verb. apoſtaſia q.8.n.11. §.3.

Vndecima irregularitas eſt contra religioſum Apoſtatam a religione, qui miniſtrat in ordine ſacro ſuſcepto in apoſtaſia, & reſeruatur Papæ. [a] Nota hanc irregularitatem incurrere Apoſtatam miniſtrantem duplici vinculo, primo quia ſic ordinatus eſt ſuſpenſus ab executione ordinum, 2. quia per ſolam habitus dimiſſionem ad longum tempus extra neceſſitatem eſt excomunicatus. [a] ex c.2. ne cler. vel mon. in 6.

a Suar. d. ſp. 31. ſect. 6. n. 1. & 2.

Duodecima irregul. eſt primo contra Religioſum Apoſtatam a fide, hæreticum et ſchiſmaticum, & reſeruatur Papæ. 2. contra eumdem ſimonia, vel aliqua cenſura ligatum miniſtrantem in ſacro ordine. 3. contra omnes religioſos qui miniſtrant in ordine, quem non habent, vel vtuntur illicite ſuſceptis; de quibus vide irregularitates contra clericos ſeculares ſupra poſitas, quibus fere omnibus ligantur etiam Religioſi quoad ſuſceptionem & ordinum, vt ex communi aſſerunt Suarez, Auil. & alii, & dicemus etiam infra in c.6. contra omnes in communi.

Aduerte hic primo nonnullas alias eſſe irregularitates, cōtra Religioſos quas con-

Digitized by Google

conſulto miſſas facio quia Doctores eas non ſatis probant.

Aduerte 2. Prælatos religioſorũ mendicantium,& alios, quibus eorum priuilegia communicantur, poſſe ex priuilegio diſpenſare cum ſuis ſubditis in omnibus irregularitatibus occultis etiam contractis ex homicidio caſuali commiſſo ex aliqua culpa, non autem ex homicidio voluntario, vel ex bigamia.[a]

a Caiet.2.2.q.65.art.3.ad 3.& Nau.c.26.n.13.

Aduerte etiam 3. quod quando Religionum Prælati mittunt ſuos religioſos, vt ordinẽtur, diſpenſant cum illis, quamuis id non dicant, modo habeant talem intentionem, idq; habet locum tantum in foro interiori, non exteriori; quia id licet non habeant iure ordinario, habent tamen virtute eorum priuilegiorum; præterea Prælatus, religionis, aut etiam epiſcopus mittens ſuum ſubditum, vt ordinetur, cenſetur concedere vices ſuas epiſcopo ordinanti, vt diſpenſet in defectu occurrenti vel oblito.[a]

a Auil.p.7.diſp.x.dub.5.not.3.

Contra Iudices eccleſiaſticos, eorumque officiales.

CAP. IV.

PRima irregularitas eſt cõtra iudicem eccleſiaſticum, qui aliqua cenſura ligatus exercet ea, quę pertinent ad iuriſdictionem fori exterioris, vt ſi aliquem excommunicat, ſuſpendit, aut interdicit, vel abſoluit ab aliqua cẽſura cum ſolemnitate nempe cum ſtola, pſalmis, et orationibus, ſecus ſi ſine dicta ſolemnitate, et reſeruatur Papæ.

a Aui.7.p.diſp.9.ſect.1.dub.2. in p.concl. §.3.

Secũda irreg. eſt contra iudicem eccl. ordinarium, vel Delegatũ, epiſcopo inferiorẽ, qui miniſtrat in ſuſpenſione contractam ob actum in iudicio per gratiam aut ſordes contra conſciẽtiam, et iuſtitiã in grauamen alterius partis, et reſeru. Papæ eo. c. 1. de ſent. et re iud. in 6. et eius gl. verb. et contra,[a] ſub nomine ſordium, et gratię intellige preces, prætium, timorem, odium, vel amorem vnde verſus.

a Suar.diſp.31. ſect.4.n.16.

Quatuor iſta timor, odium, dilectio, cenſus,
Sæpe ſolent rectos hominum peruertere ſenſus.[a]

b glo.ibid.ver. uertat

Tertia

Tertia irreg. eſt contra iudicem eccleſiaſticum, qui profert, dictat, aut ſcribit, ſententiam ſanguinis, effectu illius ſequuto.

Hinc nota per ſanguinis ſententiam intelligi quodcunq; iudicis præceptum; vnde ſi Reus ex præcepto iudicis, vel alimento priuetur, vel rigore carceris, ita affligatur, vt inde moraliter, et celeriter ſequatur mors, fiet irregul. et reſeruatur Papæ, ſub nomine iudicis intellige non ſolum quemcunque iudicem Papæ inferiorem, ſed eius etiam aſſeſſorem, conſultorem, exhortatorem, ac denique omnem alium cum illo ad ſententiam ferendam concurrentem, & niſi ſequatur effectus, non habet locum hæc irregularitas.[a]

Quarta irregularitas eſt contra iudicem eccleſiaſticum, qui ſiue per ſententiam, ſiue per præceptum detrudit aliquem in tam durum, & aſperum carcerem, vt in paucos dies talem moriturum exiſtimandum ſit, ſequuto illius effectu;[a] ſecus ſi ea durior pœna impoſita eſt per legem, vel regulam religionis, cuius exequutor eſt Prælatus, niſi ille ſit ita debilis, aut delicatus, vt vereſimile ſit, quod breui morietur.[b]

a Suar. diſp. 47. ſect. 1. num. 1. & ſeqq.

a Syl. hom. 3. n. 7. §. 10. q. 5.

b Aui. p. 7. diſp. 5. ſect. 2. dub. 3.

Ex his igitur infer iudicem eccleſiaſticum non poſſe ſententiam ferre duriſſimi carceris, nec alimentorum, verbi gratia per vncias, vel ob eius humiditatem, fœtorem, & ſquallorem, veriſimile ſit vt breui, & inter paucos dies moriatur quia ſequuta eius morte fit irregularis. c

c Cou. in c. ſi furioſus p. 2. §. 5. num. 7.

Quinta irregularitas eſt contra quoſcunque temporalem iuriſdictionem habentes, qui ſua pręſentia auctoritatem præbent ſuo Prætori dum fert, vel exequitur ſententiam ſanguinis etiam iuſte nedum iniuſte latam, & reſeruatur Papæ. a

a Auil. loc. cit. dub. 16.

Sexta irregularitas eſt contra iudicem eccleſiaſticum torquentem reum ex cuius tortura ſequitur deformatio alicuius membri ſi exceſſit modum in torquendo vel ſi tortura fuit dura, et crudelis, ſecus ſi deformatio membri ſequitur ex malo regimine torti, aut ex imperitia chirurgi, vel non fuit dura. a hanc irregularitatē contrahit etiam torquens Reum, ſi inde fit, quod deformetur ex eo quia confeſſus eſt crimen. Auil. loc. cit. b præterquam in officio ſanctæ inquiſitionis.

a Auil. p. 7. diſp. 6. ſect. 1. dub. 4.

b diſp. 5. ſect. 2. dub. 1. verſic. Quinto.

Septima irregularitas eſt contra iudicem eccleſiaſticum qui celebrat durante ſuſpenſione ex eo quia protulit ſententiam

tiam cenſuræ ſine ſcriptis ſine expreſſione cauſæ, et requiſitus eius copiam, ſeu exemplum non tradidit intra menſem, vide c.1.huius catal.nu.12.

Octaua irregularitatem nullam incurrunt Iudices ſanctæ fidei inquiſitionis, eorumq. officiales tradentes Reum mortis brachio ſeculari ſequuta deformatione etiamſi nullam faciant proteſtationē;[a] imo poſſunt inſtare ſine ſcrupulo irregularitatis, vt iudices ſeculares, quibus traditur Reus, eorum ſanguinis ſententiam latam contra Reum exequantur.[b]

a Fran. Penna in ſuo directorio p.2. comm. 20.

b Medin.l.1. ſumm.c.11.§.1. reg.4. & Tab. irreg.2.§.15.

CONTRA LAICOS.
Cap. 5.

PRima irregularitas eſt contra eum, qui differt baptiſmum vſq; ad mortis periculum, quaſi neceſſitate compulſus, etiamſi eius dilatio culpabilis non ſit, quia ea hic non incurritur formaliter propter culpam, ſed propter modum ſuſcipiendi in neceſſitate ægritudinis, quia videtur habere quamdam imperfectæ fidei, et conuerſationis ſuſpicionem, et minorem eccleſiæ ſatisfactionem, quę inde generatur, et reſeruatur Papæ.

a Conc. Neocetar.c.12.diſt. 57.cap.1.

Vnde purgata hac ſuſpicione per oſtenſionem fidei, & religionis, propter neceſſitatem miniſtrorum, ob commune bonũ poteſt cũ eo epiſcopus diſpenſare, et poſtea eum ordinare, [b] habetq; locum hæc irregularitas in adultis, nam infantes nec culpæ, nec illius ſuſpicionis, vel infamiæ ſunt capaces ex gl. in d. c.

b Ant. 3. p. tit. 28. c. . §. 2. Syl. irreg. n. 14. q. 21

Secunda irreg. extenditur etiã ad omnes alios caſus, in quibus aliquis neceſſitate compulſus baptizatur, vt per vim, et metum; quæ non excludat voluntatem baptiſmi. Vnde non expedit ordinare ſic baptizatos, quia maxime inconſtantes inueniuntur, adeo vt non ſolum ipſi, ſed etiam filii, & nepotes eorum, cum eis educati, et ab eis inſtructi, eamdem inconſtantiam participare inueniantur. [a]

a Suar. diſp. 42. ſect. 1. n. 7.

Tertia irregularitas eſt contra adultos, qui in peregrinatione fuerint baptizati, quia incognita eſt eorum vita, et durat donec conſtet de eius probata vita per ſufficiens teſtimonium; aut experimentum, vnde hæc irreg. non eſt propter dilationem baptiſmi ſed propter dubiam illius famam ſeu infamiã; quæ etiã extenditur contra eoſdẽ, de quibus dubitatur, an ſuſceperint baptiſmũ vnde ſtante tali

dubio

Digitized by Google

dubio ad ordines nullus adultus eſt admittendus, donec certiſſime conſtet de eius baptiſmi ſuſceptione.

b c. 103. placuit de infantib. de conſecr. diſt. 4.

Quarta irreg. eſt contra eum, qui in adulta ętate baptizatur ab hæretico, vel voluntarie ſecundo permittit ſe baptizari etiam per vim et metum cadentem inconſtantem virum modo habeat intentionem illud ſuſcipiendi: [a] imo etiamſi ſæpius voluntarie rebaptizatur, ſæpius incurrit hanc irregularitatem, quia quoties multiplicatur culpa, toties multiplicatur, et pœna, vnde ſi in infantia ſuſcipit quis ab hæretico baptiſmum, niſi in ætate adulta conſenſerit in illius hæreſim, non incurrit irregularitatem. [b]

a Aui. p. 7. diſp. 7. dub. 4.

b Suar. diſp. 42. ſect. 1. n. 2. & 12

Quæ dicta ſunt de irregularitate eius, qui in adulta ætate baptizatur, poſſunt reduci ad eam, quæ eſt de Neophitis, qui niſi ſint in fide bene inſtructi, et confirmati non poſſunt ad ordines promoueri, et tunc etiam cum diſpenſatione epiſcopali. [c]

c Nau. c. 27. nu. 205.

Quinta irregularitas eſt contra laicum, qui ſolemniter, vel baptizat etiam in extrema neceſſitate, vel miniſtrat in ſacro ordine canendo epiſtolam cum manipulo, aut euangelium cum ſtola, vel ſacramentaliter abſoluendo aliquē a

pec-

a Nau. nu. 242. peccatis, et reſeruatur Papæ. [a]

Sexta irregularitas eſt contra hermaphroditũ, quamuis magis virili ſexu polleat ex communi DD. ſententia, et reſeruatur Papæ, quia ſi magis fœmineo polleat, tunc eſt incapax ordinum omnino. [a]

a Syl. ver. Hermaphroditus. Nau. num. 203.

Sexta irregularitas eſt contra omnes illicito coitu natos quantumuis occultos licet exterius habeantur pro legitimis, et quoad ſacros ordines, ad dignitates, et beneficia curata reſeruatur Papæ, ſed quoad minores, et vnum ſimplex beneficium, vel etiam per profeſſionem religionis ad ſacros ordines reſeruatur epiſcopo.[a] qui de facto ad eos promoti ſine diſpenſatione licet ſint a ſic ſuſceptis ſuſpenſi, non tamen in eis miniſtrantes, incurrunt irregularitatem, quemadmodũ voluntarie, aut occidentes, aut ſecundum ſuſcipientes baptiſmum, et ſim. quia irregularitas poſita ob delictum contrahitur etiam quoties multiplicatur crimen, ſecus autem ob defectum poſita qualis eſt illegitimitas, &c.[b] Inter illegitimos connumerantur, 1. concepti ante matrimonium, et nati poſt illud, quod erat inualidum: 2. omnes expoſiti, et etiam non expoſiti quorũ parẽtes ignorãtur, et sũt illegitimi reputati vt tenacius aſſerit Aui.[b]

a Nau. c. 27. nu. 201.

b Auil. p. 7. diſp. 3. dub. 11.

b loc. cit. dub. 8. 9. & 10.

Septima

Septima irregularitas eſt contra ignorantem neceſſaria ad ordines ſuſcipiendos, et reſeruatur epiſcopo ſi eſt ſpes addiſcendi requiſita ad ſuum officium, vt interim addiſcat; cum omnino illiterato nec directe, neque indirecte epiſcopus diſpenſat, ſed indirecte ſolus Papa ſuper ætate propter ſpem futuræ ſcientiæ ad tale officium. a Suarez diſputat. 51. ſection. prima, num. octauo, et ſequentibus.

a Auil.p.7.diſp. 4.dub.1.

Octaua irregularitas eſt contra eum, qui poſt ratum matrimonium ante conſumationem inuita vxore ſacris initiatur, niſi in aliqua religione probata profeſſus ſit, et reſeruatur Papæ, et ſi in religione profetur reſeruatur epiſcopo; a imo remanet irregularis etiam poſt mortem vxoris ſi nondum eſt legitime abſolutus. a

a Coin. de irreg. diſput. 18. dub.5.in fine.

b Ant. p. 3. tit. 27.c.4.col. 4. §. contrahentes.

Nona irregularitas eſt contra bigamum; primo, qui duas vel plures vxores habuit ſucceſſiue vnam poſt mortem alterius, ſecundo, qui duas vnam valide, et alteram inualide ſiue ambæ viuant, ſiue mortuæ ſint: tertio, quid duxit viduam, vel cognouit ſcienter legitimam vxorem adulteram, et reſeruatur Papæ, a ex can. ſi cuius, et c. ſi laici diſt. 34.

a S.Th.p.3.q.66 ar.1. in add. & ſummiſtæ verb bigamia.

De-

Digitized by Google

Decima irregularitas eſt contra eum, qui de laico factus presbyter, miniſtrat in ordine ſic ſuſcepto antequam abſoluatur a ſuſpenſione, et diſpenſetur in relictis, et reſeruatur Papæ.[a]

Nau .c.27.nu. 422.

Vndecima irreg. eſt contra apoſtatam a fide, hęreticum etiam occultum, eorũq. formaliter fautores, et receptatores, et filios ex linea paterna vſq. ad ſecundam generationem, ex materna vero vſq. ad primam, et reſeruatur Papæ. Nota hic hanc irregularitatem non habere locum in filiis, quorum parentes vel inciderunt poſtea in hæreſim; vel ante mortem eccleſiæ reconciliati catholici mortui ſunt; niſi mortem obierunt per ſententiam damnati, quantumuis catholici periiſſent.[a]

a Coin. de irre. diſp. 18. dub. 7.

Duodecima irregul. eſt contra laicum aliquem criminaliter accuſantem ſine expreſſa proteſtatione, qui licet non peccet vt clericus ſequuta tamen deformatione, fit irreg. ſecus ſi ciuiliter, et poſtea ex alia cauſa deformetur.[a] vide c. 2. num. 29. huius catal.

a Nau. c. 27. nu. 213.

Decimatertia irreg. eſt contra omnes iuſte vel iniuſte concurrentes in deformationem alicuius in particulari effectu illius ſequuto.

De-

Decimaquarta irregularitas eſt primo contra Reum, qui a iudice petit accuſatorem puniri pœna talionis, qui defecit in probatione: 2. contra Aduocatum, qui ſumpto pro Reo patrocinio, fuit in culpa, vt ex eius imperitia, & negligentia Reus damnetur; aut in iuſtum ſuſcepit patrocinium ſequuto effectu deformationis.[a]

[a] Suar. diſp. 47. ſect. 4. n. 5. & 10

Decimaquinta irreg. eſt 1. contra milites, alioſque pugnantes, vel aſſiſtentes adiuuando, exhortando &c. in bello iniuſto; 2. contra conducentes, aut cuſtodientes pugnantium ſarcinas: 3. contra donantes, aut vendentes ad hunc effectum arma offenſiua, et defenſiua, aut nauim gubernantes in dicto bello ſequuto effectu: ſecus ſi in bello iuſto ad pugnandum hortantur generatim, aut pugnant etiam ſequuta deformatione: ex communi aſſerit Cou.[a]

[a] in c. ſi furioſ. p. 2. §. 3. nu. 2. & 10.

Decimaſexta irregularitas eſt 1. contra obligatos ad ratiocinia ſeu ad reddẽdam reipublicæ rationẽ, & durat donec reddat rationem ſuæ adminiſtrationis: 2. cõtra obligatos priuatæ perſonæ ad eadẽ ratiocinia, quibus mouetur lis de dubio, aut aperto dolo finita adminiſtratione. 3. idem dicendum de obligatis cauſa

pignoris,

pignoris, vel de iis, qui officia eccleſiaſtica exercuerunt neceſſaria ad pietatem in fauorem pauperum, et miſerabilium perſonarum, et durat donec liberentur a reddendis ratiociniis, etc.[a]

a Suar. diſp. 51. ſect. 3. nu. 23. & alij.

Decimaſeptima irregularitas eſt primo contra ſeruos in ſeruitute manentes, qui non poſſunt ordinari niſi prius a dominis manumittantur;[a] quod ſi domino ſciente, et non contradicente ſerui ordinentur eo ipſo fiunt liberi; ſed ſi ipſo inſcio, minoribus ordinentur, manent ſerui ſicut prius, ſi vero ſacris fiunt liberi, ſed epiſcopus ſi fraudis ſit conſcius, aut alius eum præſentans, tenetur domino duplum reſtituere.[a]

a can. apoſtolor. diſt. 81.

a Coin. loc. cit. ſub. 13. in fin.

CON-

CONTRA OMNES in communi.

CAP. VI.

PRima irregularitas eſt primo contra miniſtrantem publice aliquem rebaptizanti: 2. contra voluntarie, ſecundo rebaptizatum; ſecus de ſuſcipiente, ſecundo, vel pluries alia ſacramenta: 3. contra baptizatum ab hæretico. 4. contra miniſtrantes in ordine vſurpato, ideſt in ordine quem non habent.[a] a Suar. diſp. 43. ſect. 1. & 4.

Secunda irregularitas eſt cõtra quoſcumq. hæreticos etiam occultos, et poſt peractam pœnitentiam, et abſolutionem obtentam; idem dicendum de fautoribus et receptatoribus hæreticorum: idem de iis qui de hæreſi ſuſpecti ſunt, donec ſufficienter ſe purgauerint: idem etiam de Apoſtatis a fide, etiamſi per vim, et metum apoſtatauerint, forſan adolatrando, et ore tantum Chriſtum negauerint, cui corde verè credebant, et eum adorabãt: et reſeruatur Papæ; ſed cum clericis ſacris initiatis ante hæreſim poſt dictam emendationem in ſuſceptis poteſt epiſcopus diſpenſare: idem dic de præſtantibus a Coin. loc. cit. dub. 7.

tibus

tibus auxil.conſil.vel fauorem in hæreſi, ut de ſchiſmaticis quia,vt plurimum non eſt ſchiſma ſine hæreſi.[b]

a Suar.diſp.43. ſect.1.

Nota hic hæreticum, qui publice, vel ſecreto,aut quocunq.alio modo hæreſim abiurauit, per quamcunq; gratiam ſibi conceſſam, numquam intelligi, vt poſſit qui ſic abiurauit, audire ſacramentales confeſſiones ſecularium perſonarum ex decreto 8.iuditiali inquiſit. Paul. 4.2. ſeptemb.1562.et 25.nouemb.1565.

Tertia irreg.eſt contra committentes ſimoniam in ordine,ſecus in beneficio et publicam, niſi poſtquam miniſtrauerint in ſacro ordine ex vi excommunicationis contractæ per ſimoniam realem in beneficio, et reſeruatur Papæ; [a] ſin vero occulta reſeruatur epiſcopo virtute Concil.Trid.

a Nau.conſ.82. & 97. nu.11. & ſeqq. de ſim.

Nota hic ſimoniam in ordine notoriã inducere eo ipſo irregularitatem;occultam vero nonniſi poſtquam adminiſtretur in ſacro ordine.[b]

b Aui.p.7.diſp. 4.dub.7.concl. 5.& 6.

Quarta irregul.eſt contra omnes, qui ſunt iure infames ſiue per ſententiam iudicis infamiam irrogantis, ſiue per commiſſionem criminis,cui a iure infamia annexa eſt,quando illud notorium eſt. Huiuſmodi crimina ſunt periurium in iudicio,

cio,ſimonia,ſodomia,vſurarum exactiones,ſacrilegium,duellum, hæreſis, eiuſq; fauor,crimen læſæ Maieſtatis, perſequutio hoſtilis Cardinalium,quorum duo vltima crimina committentium filii,et nepotes deſcendentes ſunt infames,& irregulares etiam poſt peractam pœnitentiam ex cap.Fœlicis de pœnis in 6.[a]

a Coin.de irre. diſp.18.dub.7. in fine.

Item infames infamia iuris contrahūt irregularitatem ex aliquo officio publico infami 1.filii publicæ meretricis:2.maritus vxoris ſurrilis,aut publicæ fabularum ætricis,& ſim.[a]

a Auil. loc. cit. dub.5.concl.2.

Solus Papa diſpenſat cum infami infamia iuris, et cum infami infamia facti ad ſuſcipiendos ordines:ſed epiſcopus in ſuſceptis ante facti infamiam ex delicto notorio, ortam, et indirecte etiam in infamia iuris, vt ſi diſpenſat in eius delicto, ad quod ſua facultas ſe extendit, quia tunc tollit acceſſorie infamiam ex tali delicto ortam, præterea infamia facti tollitur per pœnitentiam, et emendationem vitæ, quia omnis res per quaſcunque cauſas componitur, per eaſdem diſſoluitur.[a]

c Nau.c.17. nu. 203. Suar.diſp.48. ſect.2.

Quinta irregul. eſt contra bigamum primo qui valide contraxit cum duabus, et conſumauit, 2.qui contraxit cum ali-

Digitized by Google

qua, quæ ab alio eſt cognita, vel cognouit vxorem ſuam poſt commiſſam ab ea adulterium 3. qui in ſacris conſtitutus cum vna, aut cum duabus, vel cum vidua. etiam inualide contraxit; idem dicẽdum de religioſis profeſſis, qui matrimonium inualidum, & cum virgine contrahunt, idemq. etiam de eo qui duxerat duas ſorores. Nota hic irregularitatem ex bigamia contractam non tolli per baptiſmũ, ſed bigamia vera vel interpretatiua tollitur per ſolam Pontificis diſpenſationem; ſimilitudinaria vero tollitur ab epiſcopo ſi poſt ingreſſum religionis, & poſt aliquod tempus laudabiliter talis bigamus in religione vixerit; idemq. dicendũ de religioſo qui bigamiam contraxit ſimilitudinariam, ſi ad religionem redierit.[a]

a Coin. loc. cit. dub. 11. per tot.

Sexta irregularitas eſt contra omnes, qui a fide deficiunt, vt ſunt 1. Apoſtatæ, 2. Hæretici, & fautores ac receptatores eorum, vt tales: 3. inter hos aliquo modo numerari poſſunt carentes vſu rationis, vt infantes perpetuo amentes, furioſi, ſtolidi, & ſimiles; cum quibus amẽtibus, &c. ſana mente factis ſolus Papa diſpenſat ad ſuſcipiendos ordines, ſed epiſcopus in ſuſceptis; cuius diſpenſatio eſt potius declaratio,

ratio,quia irregularitas durat donec auffertur amentia,&c.idem dicendum eſt de lunaticis,epilepticis, ſeu morbum caducum patientibus,& de arreptitijs, qui a Dœmone vexantur,&c. quibus datur annus probationis ſi ſine tali defectu perſtiterunt.b

a Suar.diſp.51. ſect.1.per tot.
b Tol.l.1.c.64. n.2.& ſeqq.

Septima irregularitas eſt contra omnes literarum ignaros,qui neſciūt ſecundum canones neceſſaria ad eum ſaltem ordinem, quem ſuſcipere deſiderant, & durat donec abiiciant talem defectum tā quoad ordines ſuſcipiendos,quam quoad vſum ſuſceptorum,quia ceſſante cauſa ceſſat effectus.[a] Hinc nota primo literarum ignarum non eſſe eum iudicandū, qui literas multas non didicit,ſi in rebus eccleſiaſticis,& diuinis officiis ita eſt expertus,vt magno quodam vſu omnia norit,& multos in hoc ſacerdotes ſuperet, ideo non eſt repellendus ab ordinibus, vt legitur de multis ordinatis non propter literas ſed propter eccleſiaſticarum rerum peritiam, et morum ſantitatem: Nota 2. Monacum, qui non eſt multum literis deditus poſſe ordinari,et eligi etiá in Abbatem Monaſterii.[b]

a Suar.loc.cit. n.8.& ſeqq.

Octaua irreg.eſt contra habentes aliquem defectum in corpore impediētem

b Abb.in c.fin. de æt.& qual. Viual.de irreg. §.5.n.5.

viſum ordinum, vel inducentem grauem deformitatem, et indecentiam [a] idq. contigere poteſt dupliciter 1. actiue vt ſi quis directe ſeipsũ mutilet, vel indirecte mutilatur ab alio ſed ſua culpa ſi abſciſſio fiat alicuius membri principalis etiam ſi ſit occultum, ſemper inducit irregularitatem, ſiue partis eius, ſiue etiam notabiliter impediat, aut deformet; quod arbitrio boni viri eſt ad iudicandum, 2. paſſiue, vt ſi quis habet defectum membri grauem, afferentem indecentem deformitatem, vel impedientem vſum ordinis, vt ſi caret altero oculo, ſit irregularis ad ſuſcipiendos ordines, ſed per defectũ ſuperueniẽtẽ ſine culpa inducitur irreg. ad vſum tantũ illius ordinis, qui ſine ſcandalo vel periculo exerceri non poteſt, v. g. ſacerdos, cui abſciſſa eſt manus ſine ſua culpa, poteſt audire confeſſiones, licet nõ poſſit celebrare, et ſic iudica de ſacerdote facto cœco, etc. et è contra ſi eſt factus ſurdus, mutus &c. circa deformitatem faciei, membrorum, aut ſenſuum et ſim. ex arbitrio viri prudentis etiam pendet iudicium; et idem dic de irregul. orta ex morbo corporis, etc. [b]

[a] diſt. 55. & tit. de corp. vit. & de cl. ægr.

[b] Suar. loc. cit. ſect. 2. per tot.

Nona irregularitas eſt contra alentes, aut cuſtodientes feram aliquam vel

Vr-

Vrſum,Leonem,Canem,& ſim. qui poſitus in via, aut in alio loco publico etiam bene ligatus aliquem occidit etiam incaute accedentem.a

a Con.in c.ſi furioſ.p.2.§.4. n. 11.

Decima irregularitas eſt contra omnes, qui poſt ſuſceptum baptiſmum iuſte, vel iniuſte hominem infidelem voluntarie deformant, ideſt occidunt, vel mutilant etiam occultiſſime, & reſeruatur Papæ. a ſed orta ex mutilatione voluntaria in caſu occulto reſeruatur epiſcopis, vt per Congr. Cardd. ſuper Concil. Tridentin. declaratur in cap. 6. ſeſſ. 24. de refor. b Hæc irregularitas habet locum etiam in iis, qui ſimpliciter ſunt cauſa talis deformationis, aut illius celerioris ſequuto effectu ex Auil. loc. cit. vt qui præbet venenum etiamſi eum facti pœniteat et præſtet quodcunq; remedium ad eius effectum impediẽdum, et ſequuto etiam poſt longum tempus non excuſatur ab irregularitate, quia qui vult cauſam, vult ẽt eius effectũ; dilatio .n. tẽporis, & effectus ſequutus ex tali cauſa nõ tollũt inductionẽ irregularitatis; idẽ iudica de percutiẽte, vulnerãte, mãdãte, aut cõſulẽte hæc fieri ẽt ſine intẽtione deformãdi, poſt ſequutũ deformationis effectũ. Hinc nota 1. per quãcũq. mẽbri debilitationẽ, vel per

a Aui.p.7.diſp. 5.ſect.1.& 2.

b Suar.diſp.44. ſect.4.n.35.

c Auil. & Suar. loc. cit. ſect. 1. 2. & 3.

